



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



126107



ogle

44557

11218

Jan 7 176

to

Gregori

(Love)





## IVRIS ARTE,

METHODO, ET

PRÆCEPTIS.

\* \*

Quibus singulares negotiorum  
hypotheses ad æquum bo-  
numq; faciliè reducuntur.

*Auctore P. Gregorio Iuris utriusque do-  
ctore, & professore publico in aca-  
demia Tholosana.*

Cum Elencho capitum, & Indice rerum  
verborumq; locupletissimo.



L V G D V N I,

APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. LXXX.





# RERV OMNIVM



ERCHÆ SVO

ecenati.

\*



**O S T I**, summe  
Deus (omnia nã-  
que oculis tuis nu-  
da & aperta sunt)

ua remorata sunt, iuris talen-  
um, & cur suspensa est Syntag-  
matis eius, & aliorum, qua ad  
iuris utriusque pertinent expli-  
tionem, eualgatio. Lectiones  
inque quotidiana magnam  
ihi partem liberi anni subdu-  
nt, & pondus magnitudove-  
ris, & tempus, & quietem  
iderabat. Caterum sat citò, si  
a 2 sat

4  
Sic bene. Sustipias itaque obse-  
cro, Maecenas adorande, quæ  
tuus alumnus quamvis tardè,  
utinam dignè, tibi consecrauit:  
& in tuam tutelam, si quæ sint  
quæ utilitati Reipublicæ facere  
videantur, recipe. Quæ autem  
perperam dicta (ut ingenuè  
fateor esse plura) emendari ali-  
quando, vel à me, vel ab  
alio, tamen sine ca-  
lumnia, per-  
mitte &  
iube.

DE



# DE IURIS ARTE, METHODO, ET PRÆCEPTIS.

Auctore R. Gregorio iuris utr. do-  
ctore, & professore publico in  
Academia Tholosana.

## De iuris in vniuersum finitione. Cap. I.

1. Constat iureſſa.

2. Ius unde dictum, & iustitia, &  
distinguitur.

3. Ius quid, & quomodo præcepta  
boni æquæ, à bono æquove  
differunt.

4. Iura acceptiones.

5. Iustitia est legitimum.

6. Iurisprudentia finitio, & artis  
iuris cura & collatio.

Dei:

# DE IURIS ARTE

- 7 Bonitas & equitas latior arto iuris.
- 8 Iustum duplex, secundum leges, & secundum equitatem.
- 9 Equi boniq; interpretatio quæ, & cui competat.
- 10 De scripta lege non est disputandum.
- 11 Cur iurisprudentia ita dicta.
- 12 Prudentia virtus qualis presidentium, & in quibus consistit.
- 13 Iustum natura, & lege quid.



V M satis superq; inter omnes conueniat esse ius, illudq; nobis in manibus tractandum venerit, vt vtilissimum humanæ societati: prætermittam, num aliquod ius sit, inquirere. Atque cùm constet per se ius esse, ad secundam nostri methodi questionem transe

transeo, Quid sit.

2 Iuri operam daturum, inquit Vlpianus <sup>a</sup>, prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat. <sup>a Vlpian in l. t. de iust. & iur. lib. 1. P. tit. 1.</sup>

Est autem ius à iustitia appellatū: nam iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi <sup>b</sup>. Componiturq, nomen <sup>b §. 1. de iustit. & iur. lib. 1. institut. tit. 1. l. 1. l. iustitia, l. 10. eo. tit. in P.</sup> iustitiæ à iure & statione, quòd ibi ius stet & consistat, quòd ad iustitiam, vt ad finem & centrum, ius

dirigatur: vnde & ius à iustitia appellatum, id est, tractum, tanquam principiū & medium à fine. Sicut & apud Græcos, *Δικαιοσύνη* iustitia, quòd *Δικαίη σύνεσις*, nempe iusti intelligentiam importet, dicta est ex sententia Platonis <sup>c</sup>. *Δίκαιο*ν autem <sup>c Plato in Cratyllo.</sup>

aut iustum, quasi *Διαίον*, discurrens & permeans, quòd per omnia discurrere possit, vt nihil obsistere possit penetrāti, & adeò velox, vt cæteris quasi stantibus vtatur.



3 Et proinde, ius generali appellatione, secundum Celsum, re-

*a d.l.1. §. nam  
ut eleganter, de  
iustit. & iure  
in P.*

Et è ars boni & æqui<sup>a</sup> : ars videlicet continens præcepta boni & æqui, cum ipso bono & æquo. Veluti non idem est iter, quo itur domum aliquã, ac domus ipsa. Præcepta nos ducunt qualibet in arte ad finem artis, & tamen ea non sunt finis: ut in medicina, aliud medicinæ scientia, aliud salus, sicut & aliud morbus, qui per artem emendatur vel præcauetur. Semper, inquit Cicero<sup>b</sup>, illud extra est, quod arte cõprehenditur. Est enim perspicuum, nullam artem in se versari, sed aliud esse artem ipsam, aliud quod propositum sit arti. Quare in iure hoc, aliud ars boni & æqui assequendi, aliud quod inde sequitur, bonum & æquum, & tunc in concreto iustũ: & iustè facere benè facere est, iniustè, malè.

*b Cicero, s. de  
finibus.*

Et

Et iustè possidet, qui benè possidet: iniustè, cùm alienum possidet, vel cùm suis quis malè vtitur<sup>a</sup>. Et quia ius iusta fieri arte sua procurat, ratione futuri concreti, & ratione æquitatis & bonitatis præceptorum, & ipsum ius, iustum quoque dicitur<sup>b</sup>, vt quod semper æquum & bonum est, scilicet quòd statuit & iubet fieri æquum & bonum, estq; sua natura bonum & æquum, ius naturale dicitur<sup>c</sup>.

4 Et in summa quod habet æquitatem & bonitatem seu iustam vtilitatem, ius est: vt ius ciuile, honorariumq; , habita ratione eius, quod fieri debet æquè & benè, etsi malè sæpe, statuatur. Vt & locus per metonymiam, in quo ius, id est, æquum & bonum reddi solet, ius dicitur<sup>d</sup>. Et necessari-  
rudo, seu coniunctio sanguinis, ius

<sup>a</sup> c. ius dictum est, de verb. sig. apud Gregor.

<sup>b</sup> c. ius generale nomen, r. dist.

<sup>c</sup> Paul. in l. ius pluribus, l. ii. de instit. & iure, in P.

<sup>d</sup> d. l. in pluribus.

**a** Martia. in l. proximitatis, eò quòd & in eo  
 si. de iust. & iur. quippiam boni & æqualitatis con-  
 Modesti. l. ius an- tineatur <sup>a</sup>, Siciuris nomen pluri-  
 tem agnationis, bus pro æquo & bono, secundum  
 l. 35. de pact. lib. varias hypotheses, adiungitur: vt  
 2. P. tit. 14. Pom- vusufructui <sup>b</sup>, seruitutibus <sup>c</sup>, obli-  
 pon. l. iura san- gationibus <sup>d</sup>, actionibus <sup>e</sup>, & si-  
 guinis, l. 8. de re- milibus.  
 gul. iur. lib. 50.  
 P. tit. 17.

**b** Paul. in l. 1. milibus.

de usufructu. lib. 7.

P. tit. 1. §. 1. eod.

apud Iustinian.

lib. 2. tit. 3.

**c** l. 1. de seruit.

rusti. prad. lib. 8.

P. tit. 3. §. 1. eod.

apud Iustinian.

lib. 2. tit. 3.

**d** §. 1. de oblig.

apud Iustinian.

lib. 3. tit. 14.

**e** §. 1. de actio.

lib. 4. instit. iur.

civil. tit. 4.

**f** §. 1. de nupt.

ap. Iustin. lib. 1.

**g** l. si vxor, ad

l. Inl. de adult.

h tit. de iniusto

rapt. irri. test. in P. l. si is ad quem, de acquirend. hered. in P.

**i** Paul. l. 3. §. de isto, pro soc. lib. 17. P. tit. 2.

§ Vt & iustū dicimus id esse,  
 quod à iure seu legibus, vt bonum  
 & æquum, probatur: veluti iustas  
 nuptias <sup>f</sup>, iustam vxorem <sup>g</sup>, iustum  
 testamentum <sup>h</sup>, iustam hæredita-  
 tem <sup>i</sup>, & sic de aliis. Quæ tamen  
 differunt à finitione iuris Celsi,  
 nam Celsus in ea compositionem  
 vniuersam legum exprimere vo-  
 luit, quibus æquum & bonum di-  
 gnosci & distribui possit: dum ait,  
 esse artem æqui & boni. Quare  
 reliqua, quæ bonum & æquum re-  
 ferunt,

ferunt, sunt speciales artis istius tractationes, vel effectus, vel his similia, vel æqualitatem quandam referentia. Quemadmodum & apud alios, quam iustitiæ enarratores, iustum vsurpatur pro conuenienti & accommodo: vt Galenus<sup>a</sup>, iustam naturam articuli for-  
 moris dixit, post Hippocratem.<sup>a Galen. commentario. 2. de fracturis.</sup>  
 Et iterum, cū Hippocrates dixisset, *iusto habitu figurare oportere corpus in fracturis restituendis, iustum habitum esse tradit, ubi nihil sursum, nihilue deorsum spectat. Ostendimus, inquit<sup>b</sup>, iustum apud Hippocratem vocari, id quod potentia æquale est, id autem illud est, quod uni-  
 cuique conuenit. Et rursus, ad verba illa Hippocratis, At nonne in vniuersa arte in primis danda opera est, vt quo pacto singula iusto figurantur, inueniamus? iuste, inquit Galenus<sup>c</sup>, intellexit, quasi æqualiter,  
 quod*

<sup>a</sup> Galen. commentario. 2. de fracturis.

<sup>b</sup> Galen. 4. comment. de fract.

<sup>c</sup> Galen. comment. 1. de artic.

quod unicuique conuenit & proprium est. Et Simonides quoque iustum dicebat, debitū unicuique reddi <sup>a</sup>,

<sup>a</sup> Plato, dialo.  
1. de repub.

6. Corpus itaque vniuersum iuris, ius erit, scientia scilicet iusti & iniusti, id ipsumq; ita ius quod iurisprudencia: quæ definitur ab

<sup>b</sup> Vlpia. l. in-  
finita est, l. 10. §.  
fin. de iustit. &  
iure. §. iurispru-  
dencia, eod. tit.  
ap. Iustit.

Vlpiano <sup>b</sup>, diuinarum & humanarum rerum notitia, iustiarque iniusti scientia. Per quam latius explicatur ars æqui & boni, ut ars iuris confletur, ex diuinarum & humanarum rerum præceptis & monitis, per quæ iustum & iniustum constituatur, collatis ritè humanis cum diuinis. Nec verò potest quisquam, inquit Cicero <sup>c</sup>, de bonis & de malis verè iudicare, ni cognita omni ratione, naturæ & vitæ, etiam deorum: & vtrum conueniat, nec ne natura hominis, cum vniuerso, quæq; sunt vetera præcepta sapientium, qui iubet  
tempo

<sup>c</sup> Cicer. 1. de finib. bonor. & malor. in fine.

tempori parere, & sequi Deum, & se cognoscere, & ne quid nimis.

7<sup>a</sup> Bonitas & æquitas latior est arte iuris, & extra iuris regulas circumscriptionesq; legum imperiū exercet. Ius enim finitum est; a Martia. in l. in anni parte. l. 2. de iur. & fact. ignor. lib. 22. P. titu. 6. propter mandata circumscripta: at bonitas & æquitas finita non sunt in se, sed veluti fons perpetuus scaturiens, & perennis, suas pro modo negotiorum occurrentium, eductunt & promunt leges, nec possunt omnes articuli earum circumscribi vel comprehendī legibus. b Julian. in l. neque leges. l. 9. & in l. non possunt. l. 11. de leg. lib. 1. P. titu. 7.

8<sup>a</sup> Sic est κατὰ τὸν νόμον ἀκριβοῦς, id est, iustum secundum legem; & secundum æquitatem. Durior itaque conditio æquitatis iam determinatæ per leges, siue scriptas, siue nō scriptas, quàm indeterminatæ: nam per se determinatum flecti, non nisi difficile potest: at indeterminatum, circum.

circūstantiarum variarum admit-  
tit delectum. Vnde illud quod de-  
terminatum iam est, summum ius,  
dicitur & rigidum, ἀνελθοδίστητον.  
Æquitas à determinatione libera,  
ἐπιμίχουσα. Et simpliciter æquitas,  
quod decet vel conuenit benè.

9 Et proinde, cū non est,  
qui authoritatem habeat soluendi  
legem decretam ex causa, quæ  
rationē gratiæ habet, vel cū non  
dispensatur, illud ius summum,  
summa fiet iniuria<sup>a</sup> & malitia<sup>b</sup>,  
nisi subueniat & admittatur æqui-  
tas, quæ est legitimi ἐπαρόδομος,  
id est, emendatio: quæ temperet  
rigorem necessariò<sup>c</sup>. Sic placuit  
Constantino<sup>d</sup>, in omnibus rebus,  
præcipuā esse iustitiæ æquitatisq;  
scriptæ (aliàs omittitur illud scri-  
ptæ) quàm stricti iuris rationem.  
Hinc pendent iura prætorum, &  
mendandi vel supplendi iuris iam  
decre-

<sup>a</sup> Cicero. 1. offic.  
<sup>b</sup> Terent. in  
Heautont.

<sup>c</sup> can. si quis. 14.  
dist. cā. requiri-  
tis. §. nisi rigor.  
1. q. 1. 7.  
<sup>d</sup> Constanti. in  
l. placuit. l. 3. de  
iudic. lib. 3. C.  
titul. 1.

decreti gratia, æquitate naturali<sup>a</sup> Papinia. in  
 munita.<sup>a</sup> Hinc abrogationes, de<sup>l. ius autem ci-</sup>  
 rogationes legū pendent & fiunt, & iur. §. prae-  
 cū noua prioribus conuenien-<sup>rum, eo. tit. apud</sup>  
 tiora & meliora videtur<sup>b</sup>. Tamen<sup>Iustinia.</sup>  
 non cuiuslibet arbitrio receditur<sup>b</sup> vt l. de pactis  
 à determinata æquitate, vel à le-<sup>lib. 2. P. tit. 14. l.</sup>  
 ge antiqua, & præfenti: Sed quan-<sup>1. quod quisque</sup>  
 diu illa non tollitur, sequenda est,<sup>iuris, lib. 1. P.</sup>  
 quantumuis dura videatur<sup>c</sup>. Ne-<sup>cum simil.</sup>  
 que cuiuslibet æqui & boni inter-<sup>c</sup> vt l. pro spe-  
 pretatio permittitur, cū in hoc<sup>xit, qui & a qui</sup>  
 genere plerunque sub authorita-<sup>bus ma. lib. nou</sup>  
 te iuris scientiæ perniciosè erre-<sup>fiant in P.</sup>  
 tur.<sup>d</sup> Statuitq; Iustinianus<sup>e</sup> ideò,<sup>d</sup> Paul. in l. si  
 ne in posterū iuris periti, sanctio-<sup>seruum, de verb.</sup>  
 num consarcinationi commenta-<sup>obligat. in P.</sup>  
 rios applicarent, ne compendium<sup>e</sup> Iustinian. in  
 confunderent: quemadmodū an-<sup>l. 1. §. nostram au</sup>  
 tiquioribus temporibus factum<sup>tem consumma-</sup>  
 erat, cū per contrarias interpre-<sup>tionem, de vete-</sup>  
 tantium sententias, totum penè<sup>ri iure enucle. C.</sup>  
 ius conturbatum fuit.<sup>lib. 1. tit. 29.</sup>

Nec



10 Nec licuit de lege Mosis  
 vel Christiana disputare, vt au-  
 thor etiam Galenus <sup>a</sup>. Charundas  
 Thuriorum legislator, teste Dio-  
 doro Siculo <sup>b</sup>, iussit à lege scripta,  
 ne vlllo pacto discederetur, nisi  
 demùm abs re & perniciosè, vi-  
 tioq; conscripta deprehensa es-  
 set: & sicubi emendatione opus  
 esse conspectum esset, ius emen-  
 dandi populo facultatemq; per-  
 misit. Nam à legum cōditore sua  
 cohiberi consulta & scita, autho-  
 ritati sancientis subiecta teneri,  
 æquum censuit. Id verò priuato  
 cuique licere, prorsus absurdum,  
 tametsi rectius consulenti: atque  
 hoc modo potissimum, ne cui,  
 (quod fieri solet in iudiciis rerum  
 capitalium) licentia occasione pa-  
 teret, per argutias pro commo-  
 do exquisitas interpretandi leges,  
 variasq; pro raris viris sententias  
 induc

<sup>a</sup> Galen. lib. 2.  
 de differen. pul-  
 sum.

<sup>b</sup> Diodor. Si-  
 cul. lib. 12. Bi-  
 blioth.

inducendi, prohibuit. Ne cauillationibus interpretum, legum seueritas & maiestas distraheretur. Sanxitq; , si quem cuiuspiam legis abrogandæ libido seu necessitas abduxisset, ei collum laqueo inductum primum circumdare: tum sic ornatum in concionem ad postulandam à populo legis emendationem prodire oportere, ibiq; expectare donec à populo de legis mutatione quid sciret, decerneretur: ubi comitia mutandam probassent, tum priorem legem, pro antiquata habendam, nouamq; subrogandam. Quod si verò prioris foris rogatio, noua electa exauthorataq; fuisset, tum mox ibidem nouo rogatori, laqueo quo victus accesserat, guttur perfringendum. Constantinus Cæsar, eas legum innouationes principi reseruauit, & æquitatis statuendæ

ius, aduersus iam decreta: *Interius*,  
 a l. l. de legib. inquit<sup>a</sup>, & *aquitate*, *interpositam*  
 i b. de iur. i. 17. *interpretationem, nobis solis & oportet*  
 b. Justin. l. f. c. *& licet inspicere*. Si enim, ut ait  
 a. de iur. i. 17. *Justinianus*<sup>b</sup>, in presentileges cō-  
 dere soli imperatori cōcessum est,  
 & leges interpretari, solo dignum  
 imperio esse oportet. Atque, in  
 his quæ iam recepta sunt mutan-  
 dis, & causas adesse oportet gra-  
 ues, & necessarias, & maturum  
 adhiberi iudicium, ut facile non  
 debeant abrogari<sup>c</sup>. Ut enim, fer-  
 re leges, magnum quippiam &  
 salubre est: sic leges temerè tolle-  
 re vel corrumpere, piaculum &  
 scelus extremum esse videtur. In  
 iure stabiliendo, ars boni & æqui  
 adesse debet; in eo subruendo, &  
 in nouo substituendo, eadem arte  
 uti quoque decet, ut res per eas-  
 dem causas, quibus inducta est,  
 dissoluatur, iuxta naturæ omnium  
 rerum

rerum ordinem <sup>a</sup>.

11 Quapropter hæc ars iuris, <sup>a l. nihil tam naturalis, de regul. iur. in P. c. 1. eo. tit. ap. Greg.</sup> iurisprudencia nominatur: cum iustum sit, vt ait Hierocles <sup>b</sup>, idem quod perfecta prudentia aliquid <sup>b Hierocles in carmina Pythagorica</sup> circumscribere. Prudentia virtus

quædam animi, in parte quæ opinatiua dicitur, vel æstimatiua, qua quis sine arte, & eius virtute consulere potest, quæ sibi & aliis sunt bona vel mala <sup>c</sup>.

12 Propria virtus prædictum, non autem subiectorum prudentia, quasi prouidentia singulorum: quæ procedit à quadam <sup>c Colligitur ex disputatione Arist. lib. 6. Ethic. a cap. 5 & in libello de virtutibus.</sup> singulari & præstanti notione quæ præcedit, vt in finitione iurisprudentiæ annotamus: dum tradit diuini & humani iuris eam esse notitiam, id est, per cognitionem diuinarum & humanarum rerum, iusti & iniusti scientiam. Et vt tradit <sup>d Aristot. lib. 3. polit. cap. 3.</sup> Maximus Tyrius <sup>e Maximus Tyrius, sermone 1. philosophico. 40.</sup>, in quo, &

b 2 qua

quatenus natura ipsa mortalis cū immortalitate concurrit, id omne dicitur prudentia, medium quiddam existens, inter scientiam & sensum: affectionibus animæ præsidens, easq; ratiocinatione adiuncta, tanquam propriam familiam regens, & ad experientiam ipsam comparata, rationem scientiæ habens. Siquidem secundum

*a D. Augusti  
lib. 3. quasi. 9.  
31. & 19. de  
ta cap. 4.*

D. Augustinum, prudentia rerum bonarum, & malarum, & neutrarum scientia est. His adde plura, quæ fusè de prudentia tractauimus libro 39. Syntaxeon artis mirab. cap. 6. Hac, in tribus consistit, in memoria præteritorum, in præsentium ordinatione, in futurorum cautione <sup>b</sup>. Et Seneca <sup>c</sup>, Si prudens

*b Cicer. 2. Rhetoric.*

*c Senec. lib. de  
quatuor virtut.*

*d Seneca epist.  
fin. lib. vlt.*

tus sit animus, præterita recordare, præsentia ordinare, futura providere. Et rursus idem <sup>d</sup>, hominis tantum affe-  
ait, cum præteritis & presentibus, futu-

*futurum considerare.* Exprobrathorum contemptum Deus <sup>a</sup>: *gens* <sup>a</sup> *Dentrom*, <sup>a</sup> *absque consilio est & sine prudentia, utinam saperent* (ratione præteritorum) & *intelligerent, scilicet præsentia: & nouissima, id est futura prænderent.* Et vix certè quis sibi vel aliis prospicere potest aduersus temporis iniurias prudenter, nisi Cerberi tricipitis, temporis inquã <sup>b</sup> *Quod tres facies habet, præteritum, præsentia, futurum, iuxta Censorinum lib. de die natali. cap. 5.* edacis <sup>b</sup>, vnâ tres facies obseruet, quæ in vno corpore dissimiles, varias renouant, & creant rerum successus: in antiquis est sapientia in multo tempore prudentia. Et Celsus <sup>d</sup> antiquorum rusticorum inter responsa iuris, prompsit parœmiam, *pecuniam sine péculio, frangilem esse.* Extransactis, præsentia qualia sint colligimus: experientia præteritorum, quid eligendum nunc sit, docemur, & quid iustius succeditq; cum experientia, discit <sup>b</sup> *3* *cret*

cretio, virtutum omnium mater,  
*a c. 1. de offic. & custodia clemen.*  
*2. §. verum quia* & alumna<sup>a</sup>. Ex præteritorum &  
*de senten. & re* præsentium calculo rectè leges  
*indic. ca. pra-* futuris accommodabuntur nego-  
*sensuum. l. 9. §.* tiis, quæ alioquin impeditum te-  
 nent legumlatorem: cùm leges  
 potissimum futuris dent formam  
 negotiis<sup>b</sup>. Et istud, inquit Teren-  
*b c. 2. & fin. de constitution. ap.*  
*Gyeg. titulo, ut* tius<sup>c</sup>, verè est sapere, non quod modo  
*facta non a cen-* ante pedes est, videre, sed futura præ-  
*situtionis & c.* spicere. Ex ista prudentia, per diu-  
*in authent. col-* narum & humanarum notitiam,  
*las. §.* præteritorum, præsentium, & fu-  
*c Terent. in* turorum, alia succedit scientia,  
*Adelphor.* arte iuris tradenda, iusti videlicet  
 & iniusti. Quam nosse oportet  
 iurisperitum & magistratum, an-  
 tequam distributioni manum ad-  
*d Aristot. l. 1.* moueat. Sic Aristoteles<sup>d</sup> ait, ius-  
*Ethic. cap. 3.* tum est quod est distributioni accom-  
 modatum, quod comparationem ra-  
 tionum suscipit. Vnde & variatur  
 iusti appellatio, ut aliud iustū po-  
 pula

pulare, quòd tale videatur pluribus: iustum potentum, quòd tale videtur iis, qui plus possident, quique pro multitudine facultatum, statuunt dignitatem, quæ tamen iusti species, ad tyrannidem accedit<sup>a</sup>. In iusto determinando itaque, variis considerationibus & sectionibus & mediis vtendum: & obseruandum, tot modos iusti esse, quot sunt iuris species.

13 Atque iusta quædam natura, quædam lege sunt. Quod vt plurimum perdurat, id à natura iustum & præstantius: quod autem homines constituunt, lege sancitur, & ex lege iustum nuncupamus<sup>b</sup>. Sic ciuilis iusti, simul aliud naturale, aliud legitimum: Naturale quippe est, quod vbique vim habet eandem, & non quia videatur vel non videatur tale: legitimum autem, quod à principio

<sup>a</sup> Aristotel. 6.  
polit. cap. 2.

<sup>b</sup> Aristot. lib.  
1. magnæ moræ.  
cap. 34.  
<sup>c</sup> Id. Aristot.  
lib. 5. Ethic. 5. 7.

b 4 qui



dem nihil refert; sic an aliter se habeat: cum autem positum est, refert, imò & ita servari expedit, æquitas tamen illud ad sanam ra-

*a l. nulla. l. 24. l. in ambign. 19. de legib. l. si servum, l. 91. §. sequitur de verb. oblig. in P.* tionem accommodat<sup>a</sup>, prorogat<sup>b</sup>, & supplet<sup>c</sup>. Dehinc hîc ob-

*b l. neque, l. 10. cū seq. de leg. P.* serva, iustum quoddam esse per-

*c l. 2. §. item Varron, de aqu. plu. arc. in P.* se: quoddam iustum ad aliud com-

*d Aristot. lib. 2. magnor. mira. titul. 34.* paratum. Illud porrò quod ad al-

terum comparatur iustum, iustitiæ est, vt docet Aristoteles<sup>d</sup>. Iustum enim hoc, æquale est: Æquale autem non est, nisi relatione facta ad alterum; & hoc iustum civile, comparatione facta, vel proportionem arithmetica, numero: vel geometrica, rationibus & dignitate: quando ab iniustitia, id est, ab inæqualitate, ad iustum medium,

*e Aristot. lib. 3. Ethic. ad Nicomac. cap. 6.* id est, æquale, res deducuntur<sup>e</sup>. Siue comparatione vlla iustum, per se iustum, non civile est, sed æquum & bonum. Quæ & de ini-

iusto

iusto negatiuè dicta intelligere<sup>a</sup> Plato in *Al-*  
 possumus, nam iniustum iusto, vt<sup>b</sup> *Symposiade 1.*  
 agrotus sano, opponitur<sup>a</sup>. Et co<sup>b</sup> *l. 1. de iis qui*  
 gnito vno de contrariis, aliud co<sup>b</sup> *sunt sui vel alie.*  
 gnitum est<sup>b</sup>. *iur. c. 1. eod.*  
*lit. apud Iustin.*

## De arte iuris. Cap. 2.

- 1 *Ius in artem an redactum.*
- 2 *Ars quid.*
- 3 *Ordo seu consarcinatio iuris ci-*  
*uilis in II.*
- 4 *In quibus videatur peccare ordo*  
*pandeclarum.*
- 5 *Artis iuris ciuilis apud Cice-*  
*ronem ordo.*
- 6 *Cæsar vult ut ius restringere cer-*  
*to modo.*



VPEREST expli-  
 candum verbum fini-  
 tionis iuris, quando di-  
 cimus esse ius, artem.

b 5

Neg

Negant autem ferè omnes recentiores, ius ciuile in artem esse reductum, atque flagitant quod Cicero pollicitus erat, & fieri posse dixit, i. de Oratore, nempè vt in artem ius redigatur. Meminit & Gellius lib. i. noct. Attic. se vidisse librum Ciceronis, de iure ciuili in artem redigendo: & indè testimonium quoddam citat, sed ad nostram ætatē is non peruenit, quod sciamus. Alij non satis intelligunt, quorsum efflagitare debeāt, quod iam habent in omni iure tractatum. At fatebor ego, obscurius aliquantò, quàm fieri debuisset, vel quàm omnium mens possit comprehendere, traditam: vel fusius, quàm facilè addisci queat.

2 Siquidem ars, est quæ cognitis penitusq; perspectis, & in vnum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus, continetur.

tinetur <sup>a</sup>. Vel, ne tam arctè res <sup>a</sup> *Cicer. 1. de*  
 concludatur, ars est quæ dat cer- <sup>orator.</sup>  
 tam viam rationemq; faciendi <sup>b</sup>. <sup>b</sup> *1. ad Herenn.*  
 Dat, inquam, rationes certas &  
 præcepta, quæ habent ordinem,  
 & vias quasdam, quæ errare in fa- <sup>c</sup> *Cic. de clar.*  
 ciendo non patiantur, sternunt <sup>c</sup> *oratorib.*  
 Et, vt ait Aristoteles <sup>d</sup>, ars est ha- <sup>d</sup> *Ethicor. ad*  
 bitus quidam faciendi recta cum <sup>d</sup> *Nicomac. lib. 6.*  
 ratione: nam quod rationem non <sup>e</sup> *p. 4.*  
 habet, ars non est <sup>e</sup>. Neque enim <sup>e</sup> *Plato in Gora-*  
 defectus, neque error vllus, vlli <sup>gia.</sup>  
 arti inest <sup>f</sup>. Scio Iustinianum in <sup>f</sup> *Plato lib. 1.*  
 iure civili tradendo, se artem pro- <sup>f</sup> *de repub. vel de*  
 fiteri, & ordinem arti conuenien- <sup>insti.</sup>  
 tem, prout illi, & consarcinatori-  
 bus iuris visum est <sup>g</sup>. <sup>g</sup> *In toto præc.*  
*pandectarum.*

3 Atque initium ita à genera-  
 lioribus fecerunt in Pandectis, à  
 iustitia, iure, & eius origine, & le-  
 gibus, ab statu personarum gene-  
 rali, & inibi præcepta generalia  
 tradiderunt. In secundo libro, ad  
 magist

magistratuum ordines transferuntur  
 secundo, inquam, libro conuenien-  
 tius arbitrati subiungendum de  
 personis, quæ iura reddere pos-  
 sunt, vt de mediis ad iura reddenda.  
 Et in 3. de Iudiciorum præcep-  
 tis, Vt & in 4. de his quæ gene-  
 raliter in iudiciis considerata  
 sunt, quibus absoluitur prima pars  
 Pandectarum, quæ circa *ta* *opōta*  
 ordinem habet. Postea autem vi-  
 sus est congruus ordo, ad minus  
 generalia descendere iudiciorum  
 generalium. In 5. libro primum ad  
 iudicia in genere, postea ad iudi-  
 cia quæ circa incorporalia versan-  
 tur, vt de inofficioso, de petitione  
 hereditatis, &c. Et in 6. tractant  
 de realibus, rei vindicatione, pu-  
 bliciana, &c. Et occasione deinceps  
 vindicationis, transitum fe-  
 cerunt ad incorporales feruntur,  
 quæ vindicari possunt: Et in lib.

7. de his seruitutum speciebus tractatur, quæ personis debentur à rebus. In 8. de iis quæ debentur à rebus, aliis rebus. At propter affinitatem in 9. deuoluitur tractatio ad noxales actiones. Et in 10. ad mixtas, ex personalibus & realibus, actiones. In 11. supplementum præcedentium adiicitur, & ita 2. Pandectarum pars absoluitur. Tertia autem pars, post reales actiones, de personalibus tractat, videlicet in 12. libro, generales, ordinarias, in 13. extraordinarias; speciales autem in 14. 15. 16. 17. 18. 19. secundum ordinem contractuum, & actionum competentium ex nostro nomine vel alieno transactorum: vel re, vel consensu. Et ita tertia pars initium dat quartæ, in 20. de pignoribus: sunt enim quæ in hac 4. parte tractantur, veluti partus cōtractuum, & appendices

dices eorum, quæ ex contractibus  
 oriuntur: nam in toto 20. libro de  
 pignoribus agitur, vt de accessio-  
 nibus. In 21. de his quæ facienda  
 veniunt cum non implentur, vel  
 impleri emptiones secundum pla-  
 cita non possunt: vt de ædilitio edi-  
 cto, & quæ eius sunt, de euictio-  
 ne, de exceptione rei venditæ,  
 quod & in 22. prosequuntur tituli.  
 Et sequentes agunt de aliis con-  
 uentionibus matrimonij, seu de  
 pactis illius, vt liber 23. & 24. Et  
 in 25. de controuersijs, quæ eò per-  
 tinent. Et in 26. ad quasi con-  
 tractus, ex contractibus fit transi-  
 tus: ita inibi, tutelæ dant initium:  
 & tutorum & pupillorum consi-  
 deratio. Et in sequenti 27. absol-  
 uitur, & cum ea 4. Pandectarum  
 pars. Postquam, succedit, vt quasi  
 contractus, etiam testamentorum  
 compendium: primumq; in 28. &  
 29. lib.

9. libro, tractatio instituitur de  
 estamenti ipsis, eorumq; diuer-  
 itate. In 30. 31. 32. 33. 34. de legatis.  
 n 35. & 36. de accessoriis testa-  
 mentorum & legatorum: vt de  
 conditionibus Falcidia, Trebellia-  
 ica, & similibus, quæ ex iure ciui-  
 pro morientium dispositionibus  
 aut referuntur, quæ concludunt  
 Pandectarum partem. Ad quam  
 roximè annectuntur, in 6. reme-  
 dia prætorialia, pro iisdem morien-  
 um hæreditatibus conseruandis,  
 el deferendis inducta, quæ ex-  
 licantur, lib. 37. 38. Post quos, per  
 occasionem prætorij remedij, præ-  
 toria edicta quædam, quæ ad viro-  
 um res pertinent, explicat lib. 39.  
 nissa tamen illa serie tractatur  
 40. de præiudicialibus actioni-  
 is. Et fit reditus iterum in 43. ad  
 terdicta prætorialia, circa posses-  
 sionem. Verum prius in 41. gene-  
 rali



tali titulo de acquirendo rerum  
 dominio prælato, & de acquiren-  
 da possessione, modi quidam ac-  
 quirendi adferuntur. Et quia in 42.  
 de rebus, auctoritate iudicum pos-  
 sidendis agere volebant confarci-  
 natores, præmittitur, de re iudi-  
 cata. Et tandem in 44. libro, de  
 exceptionibus, quæ opponi pos-  
 sunt, actionibus vel contractibus,  
 agitur. Et ita per generalem ru-  
 bricam, de obligationibus, par-  
 tem sextam iuris cōcludunt. Post-  
 eā, tamē in septima & vltima par-  
 te, & 46. libro, ad speciales obli-  
 gationes, verborum, peruenitur;  
 quas persequitur lib. 46. miscen-  
 tur tamen solutionis species, & ad  
 stipulationes postea fit cōversio.  
 In 47. de obligationibus ex deli-  
 cto, agitur, & de privatis delictis.  
 In 48. de publicis, & poenis eorū.  
 In 49. de appellacionibus, & quæ  
 illarum earum

earum sunt. Verùm recidit à fisco ad captiuos, & ad militaria, tractatio. Postremò de municipiis iuribus, de variis cognitionibus, & de significatione verborum iuris, & deregulis agitur.

4 Et hic est ordo corporis pandectarum, quem certè defendere possumus aliquo modo, verùm non ea ratione, quòd arte digestus sit: nam pleraque conuenientius, quàm vbi sita sunt, ossunt & deberent poni, etiam abita ratione instituti ordinis, et consarcinatores iuris. Vetus, si fallor, tractatio de tutellis, quæ describitur lib. 26. & 27. optimo ire sequeretur. titulum de adoptionibus, vel de iis qui sunt sui vel alieni iuris, sub lib. 1. Quemmodum tractatio de manumissionibus, & tituli qui de liberis traduntur, in 40. Item, titulus de

lus de captiuis, qui 15. est lib. 49.  
 Siquidem ea ad statum persona-  
 rum pertinent, de quo titulus ge-  
 neralis præcedit in primo libro.  
 Neque vtar alia probatione, quæ  
 quod & rectius visum est ita fieri  
 oportere, in ordine contextus in-  
 stitutionum iuris ciuilis, in primo  
 libro: in quibus & illud impro-  
 bat ordinem Pandectarum, quod  
 iudicia postrema sunt, quæ lib. 2.  
 & sequentibus proferuntur in II.  
 Omitto quod de pactis, & trans-  
 actionibus in 2. tractetur, & di-  
 uisa sit contractuum valdè distin-  
 ctè tractatio, eaq; bis interpo-  
 lata: nam post illos duos titulos,  
 repetitur lib. 12. vsque ad 26. Et  
 postea, interiectis tutelis & suc-  
 cessionibus, possessionibus, in-  
 terdictis, lib. 44. in fine regressus  
 fit ad obligationes, & sequenti  
 45. ad stipulationes: vt discretus  
 a Iura

à sua tractatione pactorum, titulus de pollicitationibus, qui in peregrino loco est lib. 50. ordine 12. vt & 13. de variis & extraordinariis cognitionibus, qui vel inter iudicia, vel crimina melius egeretur. Annotarem alia, sed atis inuersus ordo videtur, ex alio ordine compacti codicis Iustiniani: Et ille quoque Iustiniani, ex ordinatione institutionum uris ciuilibus, & Nouellarum, vt nō opus sit in his me immorari: Sed quem probem ordinem proferre, quo possim artem in iure quodammodo inuenire, vel ei progenioli viribus opem ferre, & meritos in hanc arenam & æmulationem quam optimam, trahere sine inuidia: lubentissimè cedens ei qui meliora contulerit. Rogans tamen & obtestans poteros, vt quæ inconcinna & im-

C 2

pro

probanda in meis animaduertent scriptis, benignè sine obtrectatione emendent. Non enim mihi illud arrogo, ut falli non possim, qui falsos antecessores nostros, peritissimos opinor: humanum enim hoc est. Proinde & quid possim, & quid mihi videatur, liberè experiar.

¶ Necque sequar Ciceronis auidissimam, ad quam plerique artem hanc voluerunt efformare: *1. de orator.* is enim ratus est\*, primùm ius ciuile in genera, quæ pauca esse putat, nec tamen ea notat, digerendum; deindè eorum generum quasi membra esse dispartienda, tum propriam cuiusque vim definitione esse declarandam. Nam & hîc mihi Cicero ab artis præceptis videtur longè abesse: facturus enim de iure ciuili artem, eius debebat finitionem, & originem,

ginem, & præcepta, materiam & formam complecti, & finem attingere, genera inde & membra, & propria subiungere. Non sequar etiam eos, qui genera & membra, & propria prætermiserunt, dum artem præscribunt iuris. Sed ab omnibus quæ probabiliora existimabo, colligam, & ommissa supplebo: nec tantum iuris ciuilis, sed iuris vniuersi artem eu præcepta paucis concludam, Deo iuuante & præeunte. Et idcirco placuit hanc singularem artem à finitione iuris exordiri, quam diuissio, vt in omni artis methodo, sequetur.

6 At multum debemus nihilominus Iustiniano, & aliis, qui ex inuicēsis iuris voluminibus & responsis, hæc confarcinata reliquerunt: Vtinam & Iulius Cæsar ipse præstasset, quod Suetonius

<sup>a</sup> *Suet. Tranq. scribit<sup>a</sup>, eum destinasse, nempe in Iul. Cæs. c. 44.* ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex diffusa immensaque legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros: opinor, tantum virum, qui multum valebat ingenio & doctrina, & arte imperatoria, egregium & magnificum & vtile nobis opus confecisse, quia ipse ius laboriosissimè & scuerissimè dixit<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> *Sueto. in Iul. Cæs. c. 43.*

## De iuris membris & iuris historia. Cap. 3.

- 1 *Ius unum.*
- 2 *Species legis Platonis quæ.*
- 3 *In diuinum & humanum quomodo diuidatur, ut vnde.*
- 4 *Quare aliqui sinxerunt à numine leges accepisse, & qui illi.*

Quo

- 5 Quomodo ius in potestate legislatorum, & quare princeps solutus legibus.
- 6 Ius diuinum aliorum, omniumque legum norma.
- 7 Preceptis legum mutatis, equitatem remanere immutatam.
- 8 Membra iuris que à diuino procedunt, & quo ordine.
- 9 Hominis natura leges constituendi, unde, & quando data.
- 10 Ius naturale quando cœpit.
- 11 Quomodo & quale ius gentium.
- 12 Cur omnes de omnibus probe non iudicent, cum sint rationis capaces, & de arbore scientiæ boni & mali multa.
- 13 Num ius aliquod ante diluuiū Noachi, & 13.
- 14 Bigamia durius fratricidio vindicata.
- 16 Ius diuinum post diluuium quale.



17 *Ius diuinum post Abrahamum  
quale.*

18 *Ius diuinum, & ad humana  
pertinet negotia.*

2 *Doces lib. 5  
Syntax. art. mi-  
rab. cap. 24*



VNDVS vnus est<sup>1</sup>,  
oportuit & vñ tan-  
tum esse rerum vni-  
uersi moderatorem.  
Et quemadmodum bestię multę  
ab earum vna, & nisi ab humano  
pastore, recte duci non possunt:  
ita neque homines multi, feliciter  
ab vno quodam rege, nisi &  
is vnus regatur à Deo, à quo so-  
lo, non aliundè, regendi facultas  
haberi potest, vt docuit Plato in  
legibus Theage, & Menone.

2 Verum species legis esse 4.  
ex Timæo, Phædro, Gorgia col-  
ligitur: prima diuina, quam pro-  
videntiam Plato vocat: secunda  
cœlestis, quam fatum: tertia mo-  
uens,

uens, quam naturam : quarta humana, quam prudentiam naturalem. Prima in mente diuina, quam Saturni legem Orpheus & Plato esse volunt : secunda in superiori mundi parte, quam Iouis : tertia in mouente, inferioreque eius potētia, quam primæ Veneris : postrema in hominis mente, quam secundæ Veneris legem vocant. Prima à summo bono, quod supra mentem est, profluit : secunda à mente & summo bono : tertia, à summo bono, mente, & vniuersali anima : quarta à summo bono itidem, mente & anima. Omnes verò ad summū bonum iterum reflectuntur.

3. Iustitia vna generalis, bonum & æquum vnum generale, iustum absolutè & ius vnicū est : verū præcepta, vel à diuina, vel ab humana potestate seu autho-

c s ritate

ritate ad nos peruenierunt. Quare ratione legislatorum, & rationerum diuinarum & humanarum, quæ pro subiecto & materia, & pro præceptis sunt: ius omne, aut diuinum, aut humanum est, id est, leges & præcepta diuina aut humana sunt <sup>a</sup>. Proprium

<sup>a</sup> *Can. 1. 1. dist.*

tantum superioribus, inferioribus legem & præcepta constituere: cum sempiterna lege naturæ receptum sit, inferiores parere superioribus <sup>b</sup>. Et parem in parem non habere imperium <sup>c</sup>. Et

<sup>b</sup> *Dionys. Halic. in 1.*

<sup>c</sup> *l. nam magisteratus, de recep.*

*arbit. in P. l. ille*

*à quo §. tempus, ad S. C. Trebel. P.*

proinde ad solam Deum proprie pertinet leges, id est, iuris & boni & æqui præcepta, ponere hominibus: à Deo autem suam potestatem statuendi legislatores

<sup>d</sup> *§. 1. ut n. qui oblig. se perhib.*

*habe. res minor.*

*in auth. l. fin. C. de præscr. long. temp.*

habent <sup>d</sup>. Quare homo homini, leges iure proprio dare nequit: cum æqualitas & cognatio natura inter illos sit speciei, ut & sanguinis

guinis

uinis<sup>a</sup>. Tanquam interpret ita-  
 te Dei & vicarius eius, eiusdem  
 potestate, princeps vel alius fe-  
 cit necesse est: & ita fungitur eius  
 officio in hac parte, eiusque dici-  
 tur imago, ut tradit Plutarchus<sup>b</sup>.  
 Deus, per me reges regnant, &  
 principes recta decernunt<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> l. ut vim, de  
<sup>b</sup> Plutarch. de  
<sup>c</sup> doct. princip.

<sup>c</sup> Proverb. s. l.

inter claros de

sum. trinit. C.

4. Eaque fuit ratio, cur qui-  
 am legumlatores, ut authorita-  
 tem legibus suis darent, finxerint  
 quodam numine se prius acce-  
 disse, vel eas cum illo communi-  
 disse<sup>d</sup>: ut ferunt Minoem finxisse,  
 accipere à Ioue<sup>e</sup>: Numam,  
 Ægeria Nympha<sup>f</sup>. Sic Zo-  
 aster, Bactrianis, Persisq; leges<sup>g</sup>  
 tradens, retulit ad Heromasim:  
 Crimegistus Ægyptiis, in Mercu-  
 rium: Charundas Carthaginien-  
 bus, in Saturnum: Lycurgus La-  
 edæmoniis, in Apollinem: Dra-  
 co & Solon Atheniensibus, in  
 Miner

<sup>d</sup> Cur in no-

mina referantur

leges, vide Cal.

Rhodig. lib. 18.

<sup>e</sup> cap. 19.

<sup>f</sup> Plato in Mi-

noë.

<sup>g</sup> Florus lib. 1.

Epito. c. 2. Onid.

lib. 15. metamor.

Laëtan. c. 22. 1.

Minervam: Mahometes Arabibus, in Gabrielem. Et Ægyptij à Mercurio profecta esse sua iura iactitabant<sup>a</sup>. *σκηπτέχος βασιλεύς, ὃν τε Ζεὺς κῆρυξ ἔδωκε*<sup>b</sup>, id est, sceptriger rex, cui Iupiter honorem dedit. Neque tamen putandum, inquit Polybius<sup>c</sup>, Lycurgum sic fuisse superstitiosum, ut in omnibus Pythiæ obsequundans, Lacedæmoniorum Remp. institueret: neque Publium (scilicet Romanum) somniis ac divinationibus motum, tantum acquisivisse patriæ potentatum. Sed quoniam vterque, multos mortalium videbant, nec paradoxa faciliè amplecti, nec res graves ac periculosas sine spe Dei aggredi: idè Lycurgus perpetuò quidem consiliis suis famam ex Pythia contractam adhibens, reddebat illa & acceptiora, & meliora. Atque

<sup>a</sup> *Ælia. lib. 14. de var. histo. cap. 33.*

<sup>b</sup> *Homerus Iliad. 4.*

<sup>c</sup> *Polybius lib. 2. historia.*

que tandem concepta de regibus  
& grauioribus viris opinione, vt  
possent leges sancire, populi col-  
la subegerunt eorum præceptis:  
illi autem si boni sunt, artem om-  
nem & studium adhibent, vt præ-  
cepta illa secundum æquum &  
bonum temperent & emendent.  
Et ita, vt ius diuinum per Deum  
ipsum mediatur vel immediatè  
institutum, in eius potestate esse  
dicitur.

¶ Sic & hoc humanum in po-  
testate superiorum<sup>a</sup>. Sic prin-<sup>a</sup> *can. 1. can.*  
ceps, necessariò solutus est legi-<sup>quicunque, 22.</sup>  
bus humanis<sup>b</sup>, nam authorita-<sup>quasi. 7.</sup>  
tem earum, & facultatem inter-<sup>b</sup> *in princeps.*  
pretandi & tollendi habet<sup>c</sup>: sic<sup>de legib.</sup>  
enim esse expedit. Nam & oportet,<sup>c</sup> *l. 1. & fin. 6.*  
iam ante benè latas leges, sed  
dissuetudine abolitas, eum resti-  
tuere & renouare: omnia enim  
consumit tempus, vt rubigo fer-

EUM.

**a** *Gellius lib. 21. cap. 2.* rum, si in opere nō exerceantur<sup>a</sup>.  
Et impossibile est non mutari

**b** *Plinius, lib. 10. epistol. epist. incip. Actum.* vt ait Traianus apud Plinium<sup>b</sup>.  
Mutantur tamen in peius ab ho-

**c** *l. penult. de instit. & iur. P.* minibus leges, vel malitia, nempe Tyrannide, vel inscitia agendorum. Quare & iuris nomen ibi nudum est, ars verò boni & æqui longè abest<sup>c</sup>: quia ars erro-

rem, vt monui, nō admittit. Deus quoque subiectus nec constrictus suis legibus est, attamen is pro summa & omniscia sua sapientia, nunquam nisi in melius mutat: nec alienum est à sua maiestate mutare, quod mutarū, melius pro sua prouidentia est: mutat tempora & leges<sup>d</sup>; ipse im-

**d** *Daniel. 2.* mutabilis<sup>e</sup>; idemq; <sup>f</sup> permanet.  
**e** *Numeror. 23.*  
**f** *Malach. 3.*  
*Psal. 104. ad*

*Hebræos 1.*

6 Ius diuinum itaque antiquis,

qui<sup>us</sup>, certius, & melius est, & fir-  
 mius, ad quod omnia alia, veluti  
 propagines, referri, & probari, vt  
 ad lapidem Lydiū, expedit: num  
 sint partus legitimi, num ei inser-  
 uiant. Video, inquit Cicero <sup>a</sup>, sa- <sup>a</sup> Cicero. 2. de  
 pientissimam fuisse sententiam, <sup>legib.</sup>  
 legem neque hominum ingeniis  
 excogitatam, nec scitum aliquod  
 esse populorum, sed æternum  
 quiddam, quod yn iuersum mun-  
 dum regeret, imperandi prohi-  
 bendiq; sapientia. Et alibi <sup>b</sup>, le- <sup>b</sup> Cicero. 2. de  
 gem non populorum iussis, nec <sup>legib.</sup>  
 principum decretis, nec iudicum  
 sententiis constitui, sed naturæ  
 norma tradit. Quod & firmat D.  
 Augustinus <sup>c</sup>. Est & hæc Stoico- <sup>c</sup> D. Augusti.  
 rum sententiæ: est & Platonis <sup>d</sup> con- <sup>lib. 19. de ciuita.  
Dei. cap. 21.</sup>  
 tra Epicureos & Trasimachum, <sup>d</sup> Plato 1. de  
 qui rati sunt, æquum, iustum & <sup>repub.</sup>  
 bonum, ius ipsum, non à natura  
 vel Deo aũthore naturæ, sed ab  
 homi



hominum utilitate & opinione  
 profectum: at lapsi, non alia ra-  
 tione, quàm quod putarent id om-  
 ne quod inter homines consti-  
 tuitur vel probatur, æquum &  
 bonum esse, neque extulerunt ad  
 altiora animi acumen, sed in al-  
 ueis conspurcatis malitia & for-  
 dibus, illud inquisierant, quod ta-  
 men ad suos fontes reuocandum  
 est. Neque omne quod inter ho-  
 mines stabilitur, iustum est, si à  
 Dei voluntate & à iusto diuino  
 alienum. Quia, ut ait Ulpianus  
 interpret Demosthenis, τὸ δῖον  
 γένος ἔχει τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, id est, iu-  
 stum genus continet diuina & hu-  
 mana. Si enim legistatorem ve-  
 rum quis putat, si humana sapiat,  
 iam impingit in limine, & oblitus  
 finitionis, quam antè retulimus  
 iuris prudentiæ, ut sit diuinarum  
 & hu

a Ulpia. in ora-  
 tionum Demo-  
 sthenis contra  
 Aeginetum.

& humanarum rerum notitia <sup>a</sup> *§. iuriffrudentia, de instit. & iur. l. instituta. §.*  
 & iusti & iniusti scientia. Sic Ser-  
 ius Sulpitius, & C. Aquilius, iuris  
 iuvis rationem, nunquam ab æ-  
 quitate seiunxerunt <sup>b</sup>. *Cice. de clar. orat.*  
 Æquitas la naturæ constans est, perennis,  
 & sempiterna, cui neque præro-  
 gari, neque derogari fas est. Vt  
 iuina autoritate suffulta <sup>c</sup>: nec *Cice. lib. de republic. §. sed naturalia, de iure natural. l. 1. & 2. de esp. diminut. in P.*  
 auctoritate senatus, naturalis cau-  
 da *Cicero, in l. 2. §. si. de usufruct. earum rerum, quæ usu consumunt. lib. 7. P. tit. 3. §. constituitur, de usufruct. ap. Justinian.*  
 commutari potest <sup>d</sup>.

7 Cæterum diuina illa æqui-  
 tas, mutat & abrogat leges suas,  
 præscripta præcepta, & tamen  
 æquitas & bonitas in illa muta-  
 tione, eadem remanet: imò, si ea  
 non mutaret leges pro occurren-  
 bus causis, æquitas non esset, sed  
 & æquitate fieret iniquitas, agēs  
 iam & quod patitur relationem  
 abenti & quandiu patiens idem  
 manet, tandiu & agens: & dum  
 patiens decedit, & agens mutetur

d

opor

oportet. Æquitas & bonitas, respiciunt conuenientiam & æqualitatem rerum dispositarū, prout sunt, vt subiecta: At dum illæ res ab illo statu, in quo rectæ & iustæ esse videbantur decidunt, oportet æquitate illas emendari: tuncq; res emendantur cum rursum, detractiōe, vel additiōe, vel expunctiōe, aut creatiōe, ad æquitatem recipiendam temperantur: tantumq; illud mutatur, aut tollitur, aut reformatur, quod cœpit esse nocium, malū, inæquale, & iniustum: vt exempli causa, vna est sanitas quidem in corpore, at eo laborante aliqua ægritudinum, quæ penè infinitæ sunt, laborat tantum circa emendationem morbi medicus, eandemque sanitatem numero, procurat. Et quamuis plus & minus de sanitate dicantur, tamen plus &

& minus non faciunt differen-  
 tiam sanitatis: ad eum modum  
 plus vel minus æquum, æquita-  
 tem aliam non constituunt, sed  
 gradus: Nec etiam varij modi pu-  
 blicandi vel sancienti illam æqui-  
 tatem, diuersam substantiam con-  
 tituunt æquitatis. Vt aqua non  
 deò alia est, quòd per varios & di-  
 uersos canales recipiatur. Neque  
 per consequens alterius speciei à  
 diuina, erit æquitas, quæ à natura  
 per pontifices, per gentes, per  
 principes, ciuiles magistratus, vel  
 ab aliis fuerint præscripta, & euul-  
 gata: omnes enim si æquè & bene  
 sanciunt, ab eodem fonte diuini  
 iuris hauriunt, quæ & suis com-  
 municant. Iustitia enim de cælo  
 prospexit: à Deo scilicet, cuius *Psal. lxxv.*  
 iustitia manet in seculum seculi. *Psal. lxxv.*  
 ipseque iustitia dicitur sempiterna  
 à Daniele. *Daniel. 9.* Er ideo, omnia quæ  
 de

de æquo & bono feruntur præcepta, iuri diuino probata, saltem non aduersantia esse debēt. Quare & Ethnici legem esse Iouis inuentionem dicebant<sup>a</sup>. Et ius naturale in euangelio esse dicitur<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> *Cicer. Philip.*  
*11. & 1. de legi.*  
<sup>b</sup> *canone ius ge-*  
*nerale nomen, 1.*  
*distinct.*

§ Proinde & à iustitia illa diuina, vel æquitate & bonitate Dei, iura omnia, sed cum tempore, prodierunt: nempe diuinum, naturale, gentium, pontificium, ciuile, consuetudinis, honestatis, necessitatis. Diuinum primum, leges rebus omnibus constituit

<sup>c</sup> *Psal. 148. &*  
*Genes. 1.*

in creatione: Sic enim David<sup>c</sup>, ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt: statuit ea in æternum, & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Et apud Salomonem, diuina sapientia postquam qualis esset explicauit, Meum est, inquit, consilium & æquitas, mea est prudentia & fortitudo,

do, &c. postea subiungit: in viis  
iustitie ambulo, in medio semitarum  
iudicij. Dominus possedit me in ini-  
cio viarum suarum, ante quam quic-  
quam faceret a principio: ab eterno  
ordinata sum, & ex antiquis ante  
quam terra fieret. Et postea addit,  
quomodo Deus per eam, rebus  
omnibus leges dederit.

9. Et in illa rerum generali  
constitutione, partem homo exi-  
niam a Deo accepit, & non so-  
lum eius naturae leges praescripte,  
sed & ultra supra alias res datu,  
ut leges aliis constituere posset.  
Quod explicat Iob<sup>9</sup>, his verbis, Iob. cap. 28.  
Inveniens de eadem sapientia: Qui  
cum ventis pondus, & aquis appen-  
dit in mensura; Quando ponebat plu-  
vis legem, & viam procellis sonan-  
tibus, tunc vidit illam, & emiravit,  
& preparavit, & investigavit, & di-  
xit homini: (vide mandata data ho-  
mini)

mini) ecce timor domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, ipsa est intelligentia. Sic & Dauid interrogantibus, *Quis ostendet nobis bona*: respondet, *signatum est super*

a *Psal. 4.* *per nos lumen vultus tui domine* factus quippe homo in animam

b *Genes. 1.* viuentem, ad imaginem Dei, cum intellectu, voluntate & memoria, boni q; & mali materia

*Ecclesiast. c. 15.* proposita, vt si vellent saluari & Dei voluntati obsequi, bona sequeretur: sin mala sequeretur, mortem & vindictam paratam

d *Ad Roma.* præsciret. Docet & D. Paulus, *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, etiam*

*modi legem, scilicet scriptam, non habentes, ipsi sunt lex: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defen*

defendentium, in die cum iudicabit  
occulta dominus. Et alibi clariùs,  
Deus ab initio constituit hominem,  
& reliquit in manu consilij sui, adie-  
cit mandata & precepta sua <sup>a</sup>. Et <sup>a</sup> Ecclesia. c. 15.  
iterum <sup>b</sup> de hominibus loquens <sup>b</sup> & latius. c. 17.  
sapiens, & de eorum creatione, <sup>b</sup> Ecclesi. c. 37.  
addidit illis Deus disciplinam, &  
legem vitæ hæreditauit vos: te-  
stamentum æternum constituit  
cum illis, & iudicium & iustitiã,  
& iudicia sua ostendit illis: & ma-  
gnalia honoris eius, vidit oculus  
illorum, & honorem vocis au-  
dierunt voces illorum: & dixit il-  
lis, attendite ab omni iniquo, &  
mandauit illis vnique de pro-  
ximo suo <sup>c</sup>. Et Ouidius <sup>d</sup>, creatio- <sup>c</sup> dicto cap. 17.  
nem rerum explicans, <sup>d</sup> Ecclesiast.

*Terra feras cœpit, volucres agi-  
tabilis aer:* <sup>d</sup> Ouid. Meta-  
morph. 1.

*Sanctius his animal, mentisq;  
capacius alce,*



*Deerat adhuc, & quod dominare  
in cetera posset.*

*Natus homo est: sine hunc divino  
semine fecit*

*Ille opifex rerum mundi melio-  
ras erigo, &c.*

*a Hesp. 1. 1. Et Hesiodus<sup>a</sup>, dum quæ Deus  
genu. dederit singulis animalibus ab  
initio describit, addit:*

*ἀνδρῶν ποιοῖσι δέδωκε δίκην, ἢ ὅσα  
λὼν ἀείσῃ γένεταί,*

*id est, Hominiibus autem dedit ius-  
titiam, quæ multò optima est.*

10 Quare tum primum hoc  
ius naturale fuit inditum homi-  
ni, id est, cum homine concrea-  
tum, vndè & illi vti iure illo na-  
turale rectè dicitur: ratione pro  
moderamine & artificio data,  
creato homine perfecto, cui po-

*b Instancia. 4. testas mali fugiendi, boni eligen-  
comm. odins, de di faciendive concessa cum libe-  
rer. diris. can. 1. ro arbitrio electionis<sup>b</sup>. Ita Ari-  
4. dist. 11. stotel*

totales<sup>a</sup>, natura nos esse iustos<sup>a</sup> Aristot. d.  
 lixit, & virtutum habere semina. <sup>Ethicor.</sup>  
 Hac natura duce, verum est quod  
 ait Cicero, errari nullo modo  
 posse<sup>b</sup>. Quia quæ secundum na-<sup>b</sup> Cicero. 1. de  
 turam sunt, habenda sunt in bo-<sup>lib. 1. offic.</sup>  
 nis<sup>c</sup>, & nihil censemus malum,<sup>c</sup> Cice. in Cato.  
 quod à natura datum sit homini-<sup>maiore.</sup>  
 bus<sup>d</sup>: quod & ex aliis animanti-<sup>d</sup> 1. Tusculan.  
 bus colligi potest, quibus sua cu-  
 que natura est, & ad viuendum  
 dux<sup>e</sup>, spontè vnum quodque<sup>e</sup> Idem Cicero  
 naturatum ducēs, & sine delicto<sup>f</sup> 1. de finib.  
 operans<sup>f</sup>, existentibus naturali-<sup>f</sup> Vlpia. l. 1. q.  
 bus primis, opera diuina<sup>g</sup>. Sed<sup>ait prator si qua</sup>  
 in his quæ naturæ huius sunt hu-<sup>dr. p. paup. se-</sup>  
 manæ, aliquæ gentes in aliquibus<sup>cis dica. lib. 8.</sup>  
 mutuò consentiunt.<sup>P. tit. 1.</sup>  
<sup>2. Plato in So-</sup>  
<sup>phista, vel do-</sup>  
<sup>ento.</sup>

Et idcò ius illud naturale  
 in eo gentium est, non autem na-  
 turale simpliciter, quia non in  
 omnibus æquè consentiunt. Et  
 latius ius naturale quàm gentiū,  
 d s eiusd

eiusdem tamen naturæ, sed alia ratione aliquibus bonum est naturale, quod aliis eadem ratione naturali, non expedit: & tamen pro rationum varietate, vtrisque naturale illud ius: quia si ij, qui improbant apud approbantes migrarent, eodem iudicio quo alibi improbabant, ibi approbarent.

Nam vt natura humana, omnibus hominibus, tanquam eiusdem speciei communis est: sic etiam hoc ius naturale vniuersorum hominum, est. nullus enim est quantumuis barbarus & syluestris, qui non hac vi naturali, quædam iusta ab iniustis secerнат. Differant quantumuis homines sermone, vestitu, ritibus,

at in hoc consentiunt, vt in natura cõmuni: docet id Anacharxis Scyta, Soloni scribens <sup>b</sup>, ἄλλοις, inquit, σφοδρὶ ἄνδρες, εἰς τὴν σφοδρὴν

τις

*Aristot. lib.  
Problem. sectio.  
in quest. 1.*

*b In epistol. 2.  
Anacharxis,  
facit & 1. ad  
Athenienses  
scripta.*

πρὸς βαρβάρων; τὸ γὰρ ἐπίστασθαι κα-  
 λὸν εἶναι, ἐκ ἀφείλοντο οἱ θεοὶ βαρ-  
 βάρων, &c. id est, Græci sapientes  
 viri, nihilò barbaris sunt sapien-  
 tiores: nam & honesti cognitio-  
 nem Deus barbaris non abstulit,  
 &c. Et qui mores peregrinos gen-  
 tium legunt, obseruare possunt,  
 inter longè à nobis distitas natio-  
 nes, politiarum constitutionem,  
 & viuendi esse leges, aliquando  
 sanctiores quàm habeamus. Te-  
 statut & D. Hieronymus. Apol-  
 lonium Tyanæum Pythagoricū  
 Philosophum, percurrisse Persas;  
 Caucasum, Albanos, Scytas, Mas-  
 sagetas, Phryonem, Elamitas, Ba-  
 bylonios, Chaldaeos, Medos, As-  
 syrios, Parthos, Syros, Phœnices,  
 Arabas, Palestinos, Alexādriam,  
 Ethiopiam, & ybique inuenisse  
 quod disceret, & quo proficiens  
 semper, melior se fieret.

Neque

*D. Hierony.  
 ad Paul. pres-  
 byter. vide &  
 Philostrat. in  
 vita eius.*

12. Neque repugnat, quòd non omnes de omnibus probe & similiter sentiant, quamvis omnes homines: siquidem nec homines omnes ratione utuntur, quamvis natura eorum ad utendum accommoda sit. Et respondebo quibus utitur verbis Cicero<sup>a</sup>, parvulos dedit natura igniculos, quos cleriter malis moribus opinionibusq; depravati: sic restringimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quæ si adollescere liceret, ipsa ad beatam vitæ natura perduceret. Nunc autem simulatque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo pravitato versamur, ut penè cum lacte nutricis, errorem suxisse videamur. Cum verò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus,

tum

<sup>a</sup> Cicero. 3. Tusculan.

tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinionioni confirmata, natura ipsa cedat: ita à natura ipsa desciscimus, vt nobis optimam naturam inuidisse videamur. Ita homo cum in honore esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis <sup>a</sup>. *Psal. 48.*

Et Deus optimus Maximus, hanc naturam quam nobis inuidit bonam, corruptioni facile obnoxiam propter liberum arbitrium, quod nobilitat nihilominus maximè humanam speciem, iam in primo homine præiudicat. Et ideo dum hominem in voluptatis locum induxisset, hoc vnum diuinum addidit præceptum, quo iuaret naturam, ne de fructu arboris scientiæ boni & mali comederet <sup>b</sup>. Quod his verbis explicat. Theophylus Theologus <sup>c</sup>.

*Arbor*

<sup>b</sup> Genes. cap. 2.  
<sup>c</sup> Theophylus, lib. 2. ad Antolicum Christiana religionis ca  
 lumnias.

Arbor boni & mali, de qua prohibitus fuerat Adam. edere, erat bona per se, & bonus eius fructus. Non enim, ut quidam opinantur, arbor quiddam noxii vel lætiferi attulit, sed inobedientia mortis causa fuit. Nam fructus nihil aliud habebat, quàm cognitionem solam: verum cognitio & bona & pulchra est, si quis ea rectè utatur. Eo tempore adhuc similis infanti inexperto rerum grauitatem erat Adam, qui eam boni & mali cognitionem dignè non posset penetrare: non secus, quàm infans pane vel solido cibo in lucem editus, & nisi procedente ætate, eaq; fortiore uti potest. Quapropter citra inuidiam ut aliter quidam impie sentiunt, Deus Adamum ab arbore cognitionis abstinere iussit. Præterea, hominem probare volebat Deus, an dicto

dicto eius audiens esset. Ad hæc cupiebat, vt homo longo tempore simplex & syncerus maneret, quasi puer: vt & laudabile omnibus censetur, & apud Deū, sine malitia simpliciter subijci parentibus. Cyrillus autem Alexandrinus<sup>a</sup>, sic explicat. *Scientia<sup>a</sup> lib. 3. contra Iulian. apostat.* boni & mali prohibita in arbore a Deo, non erat prohibitio cognitionis, vt quid bonum, quid malum esset, cognoscerent: nam illud cognoscebant cum essent rationales creature, & liberum arbitrium, & ad bonum & ad malum haberent: sed scientia illa erat practice intelligēda, hoc est, non facietis malum, ideo non peccabitis aduersus iussu & præceptum meum, non comedetis ex hoc ligno. Cui & ferè sacri omnes patres subscribūt. Abusus itaque Adam & eius posterī scientia boni & mali, ideo igniculi iuris naturalis sub



lis sub voluntate liberi arbitrij, sine aliis legibus per aliquod temporis spatium fuerunt.

13 Ante diluuium, quod tempore Noachi aduenit, cuius tamen temporis non sunt nobis Respublicæ planè expeditæ, non cognitum quæ iura tunc fuerint vsurpata, nec aliud notum, quàm quòd quidam tunc impiè vixerint fuerintq; rapinis & omni scelere infecti, vt qui ex fratricida nati sunt Caino, qui ædificauit Enos ciuitatem, receptaculum, speluncamq; latronum, in parte Orientali Edem\*, in regione Damascena circa montem Libani: alios autem filios Seth & Enoch pie vixisse etiam nouimus, donec ante diluuium se miscuerunt sceleribus & stirpibus Caini, quo tempore & ij quoque à via veritatis declinarunt, & naturale ius, quod antè

a Genes 4. Ber-  
rosius in 1. de fl.  
ra. 2. & 3. lo sep.  
1. antiq. Indaic.  
cap. 4.

antè ratione ducti seruabāt, con-  
 spurcarunt. Sicq; traditū scimus  
 omnem carnem corrupisse viam.  
 suam coram Deo, vnde deleta  
 omnis hominum generatio, ex-  
 cepto Noacho, cum septem alijs  
 filiis & vxoribus, cataclismo <sup>a</sup>. *Genes. cap. 6. v.*  
 Verisimile tamen & probabile  
 est, post ciuitates ante diluuium  
 ædificatas bonorū & malorum,  
 leges quasdam ciuiles quoque  
 præscriptas ad societatem foun-  
 dam. Quemadmodum & ius di-  
 uinum aliquod arbitror fuisse, &  
 à Deo, Adamo præcepta consti-  
 tuta: vt illud de coniugio, *relin-*  
*quet homo patrem & matrem, &*  
*adherebit uxori suæ* <sup>b</sup>.

14. Quod præceptum trans-  
 gressus sed non impunè est Ea-  
 mech bigamus primus: ideo hæc *Genes. 4.*  
 transgressio præcepti expressi di-  
 uini durius & seuerius vindicata,  
 c. quàm

quàm transgressio peccati aduersus ius naturale homicidij fraterni Abelis, de quo lex à Deo expressè adhuc non erat posita. Proinde dictum septuplum dandam ultionem de Caino: at de

a *Genes. 4.* Lamecho, septuagies septies<sup>a</sup>.

b *Albinus olim præceptor Caroli Magni in quæst. in Genesim.* Quia, inquit Albinus<sup>b</sup>, peccatum Lamech adulterij, quòd superinduxisset secundam vxorem, non

erat expiandum, nisi sanguine Christi, qui venit in hunc mundum septuagesima septima generatione.

15 Puto & ius quoddam ante diluuium de rebus sacris stabilitum, ex eo, quòd legam Abelum & Cainum, Deo munera & primitias obtulisse, & filium Sethi Enos cœpisse inuocare publicè nomen domini<sup>c</sup>. Verùm quale illud esset, non habeo quod ostendam.

At

16 At post liberationem à diluuiò duas tātū leges exprefas à Deo iuuenio, & prohibitiones totidem<sup>a</sup>: vnā, non comedetis carnem cum fanguine: aliā, non fundetis fanguinem, quę homicidium prohibet. Confirmata tamen & matrimonij, ibi, crefcere & multiplicamini: reliqua prudentiæ atque fapientiæ Noachi, commiffiffe viſus eſt. Et hic etiam vetuſtiſſimus omnium pater Noa antea edoctus Theologiam & ſacros ritus, cœpit etiam homines erudire, & docere humanam ſapientiam<sup>b</sup>, eamq; mandauit<sup>b</sup> literis, & reliquit Armenis. Ad-  
dita & alia data Abrahamo, circumciſionis<sup>c</sup>. Verū à Noachi<sup>c</sup> præceptis rurfum deſciuerūt poſteri. Primū Cham, & eius ſequaces Aegyptij: deinde & alij. Et peccata rurfum illam natura-

e 2 lem

*Genef. cap. 9.*

*Beroſ. in 3.*

*Genef. 17.*

lem æquitatem & iustitiam obscurarunt, legesq; sibi, separati in varias regiones<sup>a</sup>, pro arbitrio constituerunt, ut vix in domo Abrahami verus Dei cultus, & iuris exercitium remanserit.

<sup>a</sup> *Gene. 11. Phili-  
stæi, Iudæi in lib.  
antiq. Bibli.*

17 Subinde huius postea generatione crescēte, & Ægyptiorum moribus infecta<sup>b</sup>, voluit Deus naturale illud ius corruptis mentibus innouare. Atque rursum in decem capita, per Mosis ministeriam, totam iuris naturalis seriem contraxit, & præcepto scripto firmavit<sup>c</sup>. Quædam alia quoque sine scripto Mosis commisit<sup>d</sup>. Et per illa præcepta quid agendum, quid fugiendum demonstravit, quæ iusta, bona, æqua, quæue iniusta: ne posthac homines quærerent excusationem in peccatis. Scimus, inquit D. Paulus<sup>e</sup>, quoniam quæcunque

<sup>b</sup> *Exod. 1. 2. 3.*

<sup>c</sup> *Exod. 19.  
& 20.*

<sup>d</sup> *Exod. 34.  
Leuit. 11. 12. 13.  
14. & seq. 22.  
cum similib. ut  
Exod. 23. Deu-  
teron. 27.*

<sup>e</sup> *D. Paul. ad  
Roma. 3.*

lex

lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis, non iustificabitur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege, iustitia Dei manifesta est, testificata à lege & prophetis: iustitia autē Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Et rursum <sup>a</sup>, vsque <sup>a</sup> *Ad Roma. 5.* ad legem, peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit lex ab Adamo vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinē prauaricationis Adæ, qui est forma futuri. Et iterum <sup>b</sup>, peccatum non <sup>b</sup> *Ad Roman. cap. 7. cap. nam concupiscentiam de institutionib.* cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex dixisset, non concupisces, &c.

<sup>a</sup> Cecil Cypri.  
lib. de singular.  
cleri.

Et D. Cyprianus <sup>a</sup>, dixit legem  
diuinam in adiutorium nobis da-  
tam, vt quod iustum est sciretur  
ex ea, quamuis homines contra-  
rium iussissent.

<sup>b</sup> Deuter 1.1.  
Exod. 18. Num. 11.

18 Lex itaque diuina, vt ex  
monimētis sacrae scripturae con-  
stat, & ad ciuilia pertinuit nego-  
tia, & ad humana, sicut & ad di-  
uina: nam de vtrisque disponit.  
Et Moses & ab illo praepositi de-  
curione, quinquagenarij, tribu-  
ni, cēturiones de vtrisque iudica-  
bant, grauioribus tantum ad Mo-  
sem relatis <sup>b</sup>. Et quamuis postea  
iurisdictiones & potestates fue-  
rint separatae diuinarum & hu-  
manarum rerum, tamen & in  
humanis, perpetuò consideratio  
praecipua diuinorum remansit: vt  
non immeritò & iudices secula-  
res, vel rerum humanarum, iu-  
diciū Dei exercere dicantur <sup>c</sup>.

Vide

Videte, inquit Rex Iosaphat <sup>a</sup> ad <sup>a</sup> *1. Paral. 1. 10.*  
iudices, quid faciatis: Non enim  
hominis exercetis iudicium, sed  
Dei: & quodcunq; iudicaueritis,  
in vos redundabit. Vtraque enim  
potestas, pontificum & princi-  
pum, in a quo & bono definien-  
do, & præscribendo, & in exe-  
quendis legibus, à Deo est: & v-  
trique, Deo de iudiciis suis red-  
dituri sunt rationem <sup>b</sup>. Et maxi-  
mè inter nos qui Christiani su-  
mus, iura & eorum ars, ad præ-  
scripta æterni Dei, cuius nomine  
appellamur, referenda sunt: &  
ita melius Deo obedire, quàm ho-  
minibus <sup>c</sup>. Et obedire etiã Deo, <sup>c</sup> *Act. 5. can.*  
est obedire legibus, præceptis & <sup>fi dominus, vers.</sup>  
sanctionibus superiorum, quæ <sup>fi bonum est, 11.</sup>  
non repugnât Dei expressis man-  
dati, sed potius ea explicant, de-  
fendunt, & conseruant: vel secun-  
dum rationem à Deo hominibus <sup>c</sup> *q. 1. can. non sem-  
per, can. Iulian.  
can. qui r. fittit,  
c. si is qui præ-  
est, ead. 11. q. 3. 6.  
cum inferior, de  
maiori. & obed.*



concessam, ad ea quæ ad bonum  
 & æquum pertinet, & vtilitatem  
 Reipublicæ Christianæ, ciuilibq;  
 societatis cōducunt. Quæ varia,  
 quamuis tamen æqua sunt: cum  
 diuersi euentus, diuersa postulent  
 consilia & remedia <sup>a</sup>, vt vnum  
 quod quærimus perpetuò habea-  
 mus bonum. vnā salutem po-  
 puli, qui propter casus diuersos,  
 pro diuersitate locorum, pro ne-  
 cessitate superueniente fluctuat,  
 neque in eodē statu permanet,  
 & tamen semper quod æquum  
 & bonum est, in omnibus effla-  
 gitat: vnde & variari oportet vi-  
 uendi vias, & præcepta <sup>b</sup>. Vt con-  
 ueniat quoque esse leges morta-  
 les, & cum temporibus ipsis mu-  
 tabiles <sup>c</sup>: vt quæ in bello latæ sūt,  
 pax abroget, & contrā <sup>d</sup>, alioquin  
 æquum & bonum immortale nō  
 esset: idcirco tot iuris sunt nobis  
 spec

<sup>a</sup> l. i. de ver-  
 tre inspic.

<sup>b</sup> e. non debet  
 de consangu. &  
 affinit.

<sup>c</sup> Liniulib. 34.  
<sup>d</sup> l. vii. de ca-  
 doc. tollen.

Species propositæ, vel melius, tot  
vnius æqui & boni consideratio-  
nes. De quibus in artem redigen-  
dis, proposita est consideratio.  
Nec tantum de iure ciuili quæ-  
stio, nam ea mihi nimium ieiuna  
videtur, si de arte boni & æqui  
altius non fiat repetitio: imò im-  
possibilis tractatio & ridicula, in  
vna parte æqui & boni, iuris ci-  
uilis immorari, & silere alia, quæ  
bonum & æquum demonstrant.  
Verum agamus nunc separatim,  
de omni lege siue iure, in quo  
bonum & æquum residet, secun-  
dum ordinem paulò antè pro-  
positum.

## De iure diuino.

### Cap. 4.

- 1 *Diuina & humana lex, quid.*
- 2 *Ius diuinum primum omnium.*

c s

Ius

- 3 *Ius diuinum peperit naturale,  
& rursum hoc, diuinum.*
- 4 *Iuris diuini diuisiones &  
membra.*
- 5 *Euangelica lex non data à  
Deo in scriptura.*
- 6 *Euangelici libri tantum qua-  
tuor. Et de aliis suppositis,  
& de ordine eorum qui scri-  
pserunt.*
- 7 *Alia scripta iuris diuini ca-  
nonica.*
- 8 *De consiliorum authoritate, &  
eorum tempore.*
- 9 *De iure diuino non scripto.*
- 10 *Ius diuinum violari non debet  
impunè ab humano.*
- 11 *Ius diuinum quomodo præstet  
humano.*



**M** N E s leges, aut di-  
uinæ sunt, aut huma-  
næ: diuinæ, natura: hu-  
manæ, moribus con-  
stant.

stant. Omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis continetur. Nomine verò legis humanæ, mores iure conscripti & traditi<sup>a</sup>. Naturale sic ius diuinum, quod in lege & Euangelio<sup>b</sup> continetur<sup>b</sup>. <sup>a</sup> *can. omnes, i. distinct.*  
<sup>b</sup> *can. i. i. dist.*

2 Primum ius, fons & origo aliorum, diuinum est: nam naturalia iura, diuina quadam prouidentia constituta<sup>c</sup>. Deus creauit hominem rectum, ipse autem se immiscuit infinitis cogitationibus, & erroribus<sup>d</sup>. <sup>c</sup> *§ sed naturalia, de iur. natural. ap. Iustitia.*  
<sup>d</sup> *Ecclesi. c. 7.*

3 Et eodem authore, quo creatum ius naturale in animis nostris, à Deo nempe, & reparatum est propriis mandatis & recapitulatione, seu breui anacephaleosi. Et ita diuinum, peperit naturale<sup>e</sup>: & rursus naturale, peperit diuinum: quale est ænigma glaciæ & aquæ, apud Athen

*a. Athenæus lib.  
de dipnosoph. c. 17.*

Athenæum<sup>a</sup>. Et de nocte, & die  
aliud, mater peperit filiam, & rur-  
sum filia peperit matrem.

4. Sed ius diuinum, bifariam

*b. Gloss. in l. si  
in verbo diuini  
nam, de sacro-  
sanct. Eccles.*

*c. Paul. in l. i.  
de rerum diuis.  
lib. 1. P. tit. 8. §.  
nullius, & §. sa-  
cre, eo. tit. apud  
Iusti. lib. 2. tit. 1.*

accipitur<sup>b</sup>: à Deo constitutum,  
& quod de rebus diuinis & sacris  
statuit: nam & res sacræ, diuini  
iuris dicuntur<sup>c</sup>. Hoc loco ius di-  
uinum, pro lege diuina à Deo  
promulgata, vel eius iussu expres-  
so, accipitur: prout & à iure hu-  
mano distinguitur. Diuinum scri-  
pturis diuinis: humanū in regum

*d. can. quo iure  
8. d. fin. can. 1.  
1. distinct.*

*e. Exod. c. 19.  
& 20. 21. 22. 23.  
& 34. Leuit. 5.  
& 11. cum simil.*

legibus<sup>d</sup>, finem habet. Promul-  
gatum porrò dico hoc ius, vel à  
Deo ipso, vt Decalogus & aliæ  
leges Moyfi in mōte à Deo datæ<sup>e</sup>,  
quæ pentateucho referūtur. Eius  
generis, euangelicæ leges à Deo  
Domino nostro Iesu Christo con-  
stitutæ & explicatæ. Ius autem  
aliud diuinum, iussu Dei promul-  
gatum est, per prophetas & Apo-  
stolos:

stolos: vtrunque, aut scriptum,  
aut sine scriptura. Scriptum erat  
quod Moyses exhibuit populo. De  
quo Iosue<sup>a</sup>, non recedet volu-  
men huius legis ab ore tuo, &c.

¶ Caterum nihil scripsit do-  
minus I E S V S, sed quædam non  
omnia<sup>b</sup> eius præcepta insignio-  
ra, post eius passionem manda-  
uerunt literis scribere illi veraces  
& fideles D. Ioannes, Lucas, Mat-  
thæus, Marcus. Ita omnis euan-  
geliorum vox, reliquis sancti spi-  
ritus præceptis, eminentior esse  
dignoscitur. Quod in aliis, per  
prophetas seruos: in euangeliiis  
autem, ipse per se dominus nos  
allocutus est, teste Basilio Ma-  
gno<sup>c</sup>. Et Athanasius<sup>d</sup>, euange-  
lium est Dei verbi Domini nostri  
Iesu Christi præsentia, ad huma-  
ni generis salutem incarnati ex  
spiritu sancto, ex Maria semper  
virgi

<sup>a</sup> Iosue 1.

<sup>b</sup> D. Ioan. euan-  
gel. cap. fin.

<sup>c</sup> Basilius Ma-  
gnus serm. in  
euangel. D. Ioan.

<sup>d</sup> Athanas. lib.  
de communi f-

sentia patris &  
filij & spiritus

sancti.

virgine. Is autem non mandauit quoque scribi euangelium, sed prædicari in vniuersum orbem <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> *Matthæi 24.*  
*Marc. 16. Luc. 9.*

Quò fit, vt Ecclesiastica dogmata, non tam ex litera eius, quod scriptum est, quantum ex catholica Ecclesiæ viuentis thesauris, pendeant: ex qua quid antè & vbique prædicatum est, fidelissima scriptorū testatione, & perpetua & continuata fidelium ob-

<sup>b</sup> *Tertullia. de*  
*præscript. contra*  
*hæretic. & opta*  
*tus Milenit. ad-*  
*uersus Donatistâ*  
*Parmenionem.*

seruatione, constat <sup>b</sup>. Litera occidit, viuificat autem spiritus <sup>c</sup>, quem misit dominus post assumptionem <sup>d</sup>, ipseq; se promissit cum Ecclesia futurum, vsque ad consummationem seculi <sup>e</sup>. Hunc

<sup>c</sup> *2. ad Corin. 3.*  
<sup>d</sup> *Actuum 1.*  
<sup>e</sup> *Matth. c. 28.*

spiritum corrumpere nō possunt falsa dogmata, possunt autē corrumpere in sui damnationē scripta <sup>f</sup>. Quemadmodū ipsi hæretici ex euangelis conati sunt errores suos firmare, Ebionici, & Mar-

<sup>f</sup> *1. Petr. c. 3.*

cion

cion & Valentinus teste Irenæo <sup>a Irenæo lib. 3.  
contra hæreses,  
cap. 12.</sup>

6 Quare nec plura quàm  
quatuor recepta sunt à catholica  
Ecclesia euangelica scripta, seu  
euangelia, DD. Marthæi, Lucæ,  
Marci, Ioannis, quanquam olim  
plura circumferrètur: veluti euan-  
gelium quod duodecim Aposto-  
los scripsisse dicebatur. Ausus &  
Basilides euangelium scribere.  
Fertur & aliud, quod secundum  
Thomam: & aliud, secundum  
Mathiam, vt scribit D. Ambro-  
sius <sup>b D. Ambros.  
in 4. tomo. & in  
prolo. euang. se-  
cundum Lucam.  
& Cyrillus Hie-  
rosol. cateches. 4.  
illuminatorum.</sup>. Subiecerunt Gnostici, im-  
purissimi hæretici, euangelia no-  
mine Apostolorum authore Epi-  
phanio <sup>c Epiphanius  
tomo 2. lib. 1.  
contra hæreses.  
hæres. 26.</sup>, & nomine Philippi A-  
postoli. Caiani hæretici, habe-  
bant quendam libellum nomine  
Iudæ proditoris factum, quem  
vocabant euangelium Iudæ <sup>d Epiph. tomo  
3. libri contra hæ-  
reses.</sup>. Prostant & adhuc quedam euan-  
gelia, nomine Nicodemi, & Io-  
sephi,



a *can. sancta  
Romana, & qui-  
bus & p. nica,  
m. distinct.*

b *Abdias lib.  
7. histor. apostol.*

c *D. Hierony.  
prologo in enan-  
gelia, & in ca-  
talogo.*

d *Irenaeus lib.  
3. adversus he-  
resis cap. 1.*

sephi, quæ omnia Ecclesia meri-  
tò respuit<sup>a</sup>: quatuor tantummo-  
do prædictis admissis, quæ tamē  
non ex iussu Dei, vt dixi, sunt scri-  
pta, nec etiam omnia in illis po-  
tuerunt sacri amanuenses scri-  
bere, nec voluerunt. Primus au-  
tem euangelium conscripsit He-  
braeo sermone D. Matthæus A-  
postolus, vt author Abdias<sup>b</sup> Ba-  
bylonicus, cōtemporaneus Apo-  
stolorum. Et D. Hieronymus<sup>c</sup>,  
cū DD. Petrus & Paulus Romæ  
euangelizarent, & fundarent Ec-  
clesiam, post quorum obitum D.  
Marcus discipulus & interpretes D.  
Petri, & ipse quæ à D. Petro an-  
nunciata erant, præscripta nobis  
tradidit. Postea & D. Ioannes di-  
scipulus domini, qui & supra pe-  
ctus eius recumbēbat, & ipse edi-  
dit euangelium Ephesi in Asia  
degens, vt testis Irenæus<sup>d</sup>, qui &  
non

non nisi quatuor esse debere ali-  
 bi docet<sup>a</sup>. D. autem Lucas, suæ <sup>a Irenæus lib.</sup>  
 historiæ rationē in exordio red- <sup>3. cap. 11.</sup>  
 dit. Et D. Chrysostomus de his,  
 Existimo, inquit <sup>b</sup>, ego primò <sup>b D. Chrysost.</sup>  
 omnium Matthæum euāgelium <sup>hymn. 4. in Mat-</sup>  
 edidisse, propter quod etiam ge- <sup>thæum ex cap. 1.</sup>  
 nerationum catalogum diligen- <sup>tomo 2.</sup>  
 ter enumerat, & plenè cuncta,  
 ac penè instāter exequitur. Mar-  
 cus autem, cōpendiosa post eum  
 cucurrit via, vtpote qui iam ab  
 alio dicta & manifestata decla-  
 ret. Lucas fanè, non modò textit  
 generationis catalogum, verùm  
 etiam pluribus textit, extendendo  
 nominibus: quippe qui Matthæi  
 descriptione præuentus, amplius  
 aliquid nos docere studeat. Sum-  
 enim quisque probè est imita-  
 tus magistrum: Marcus quidem  
 Petrum, verborum parcita-  
 te gaudentem: Lucas verò Pau-  
 lum,

a Theophilasti  
i n prelogo in  
euangelio.

lum, fluminum copiam vbertate loquendi superantem. Theophilactus<sup>a</sup>, Matthæum scripsisse euāgelium octo annis post assumptionem Domini ait, Hebraicè. Marcum discipulum & comitem D. Petri decem post: Lucam, comitem D. Pauli 15. postea: at D. Ioannem Apostolum post 32.

7 Sunt scripta alia ab Apostolis canonica, vt epistolæ, Apocalypsis, & per diuum Lucam cōtexti actus Apostolorum, quæ noni testamētī, id est, diuinæ legis à Domino nostro Iesu Christo vel ei<sup>9</sup> iussu publicatæ, nomē habent: vt & vetus testamētum, lex diuina, quæ à Mose & prophetis, populo Dei data fuit, scripturis canonicis tantum & receptis constans. Ex quibus nobis sunt eruenda præcepta & probationes iuris, & authoritatis fundamenta: & idē breui

breuiter, libri vtriusque legis di-  
uinæ & qui fidem faciunt, sunt  
annotandi, nempe ex canonibus  
Apostolicis, cano. 84. Sacri libri  
veteris testamenti, Mosis quin-  
que Genesis, Exodus, Leuiticus,  
Numerorum, Deuteronomium:  
Iesu filij Naue, vnus: Iudicum,  
vnus: Ruth, vnus: Regum 4. Pa-  
ralipomenon 2. Iudith, vnus: He-  
ster, vnus: Machabeorum 3. Iob,  
vnus: Psalterij. Salomonis 3. Pro-  
uerbia, Ecclesiastes, Cantica can-  
ticorum: Prophetarum 12. Esaia, vnus:  
Hieremias 1. Ezechielis, vnus:  
Danielis 1. Sapientia Iesu Syrach.  
In nouo testamento 4. euangelia:  
Mat. Mar. Luc. Ioan. Pauli episto-  
lae 14. Petr. 2. D. Ioan. 3. Iacobi 1.  
Iudæ, vna. Clementis 2. & præ-  
ceptiones Apostolicæ eiusdem,  
lib. 8. comprehensæ. In concilio  
preuinciali. Carthaginiesi 3. quod  
f 2 fuit

fuit cōfirmatum in sexta synodo generali, habita in Trullo. can. 47. Canonica scripturæ rātūm, libri 5. Moſis, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum 4. Paralip. 2. Iob, Pſal-morum, Salomonis 5. Prophetarum 12. Et Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Eſther, Eſdræ lib. 2. Machab. 2. Noui Testamenti 27. libri Euangeliorū 4. Actuum Apoſtol. 1. Pauli epiſtolæ 14. Petri 2. D. Ioan. 3. Iudæ 1. Iacob. 1. Apocalypſis. 1. Et in hoc concilio ponuntur vltra ſuperius conciliū, Eſdræ libri 2. & Tobias. Nec fit mentio epiſtolarum Clementis, nec octo librorum eiufdem de præceptis Apoſtolicis, imò & iſtæ conſtitutiones inter apocrypha, exceptis 50. capitulis, ponuntur<sup>a</sup>. At in Laodicenſi ſynodo prouinciali, tēpore Liberij PP. quæ poſtea confirmata quoque

<sup>a</sup> In can. 1. 2. can. Clementis, & diſtinct.

que est, in Synodo generali 6. in Trullo celebrata, præsente Constantino, circa annū domini 364. de libris canonicis quos legere vel cantare in Ecclesia cōueniat, in canone 59. scriptum est, in auctoritatem recipi libros 5. Mosi, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum 4. Paralipomen. 2. Esdræ, Prouerbia, Ecclesiasten, Cantica, Iob, Esther. 12. Prophet. & alios, vt in cōcilio Carthaginensi 3. diximus, quod secutum est. Non meminit tamen Laodicense Machabæorum, nec Tobia. In concilio Tridentino <sup>2</sup>, secundum Laodicense cōcilium, cum cæteris Tobias, & Machabæorum libri 2. annumerantur.

<sup>2</sup> In 4. sessio. decreto. 1.

8 Cum istis, auctoritate sacræ scripturæ donantur sacra & œcumenica concilia: potissimum quatuor, quæ ad euangelicam auctori

f 3 thori

*a can. canones, 15. diff. can. sicut sancti. eod. can. sancta Romana, ead. diff.* thoritatem accedunt <sup>a</sup>, nempe Nicena prima, Constantinopolitana 1. Ephæfina 1. Chalcedonensis. Prior Nicena Synodus, sub Constantino habita, & Syluestri, contra Arium & eius errores, coactis 318. Episcopis. Vbi symbolum Christianum, aliud post Apostolicum, editum, secundum historiam tripartitam <sup>b</sup>, anno domini 328. cui adstipulatur Rufinus <sup>c</sup>. Quidam autem ad annum 324. alij ad 326. referunt <sup>d</sup>, inter quos nullum erit calculi diffiduum, si annotemus, illam Synodum per triennium durasse: quare & quidam ad initium, alij ad medium, alij ad finem, numerum rectè reijciunt. Constantinopolitana prima, Constantino-  
 poli vniuersalis celebrata contra Macedonianorum & aliorum hæreses, coactis 150. patribus, anno domi

*b Historia tripartit. lib. 1. c. 8. c Rufinus lib. 1. cap. 6.*

*d Nicephor. Calisti. lib. 8. cap. 14.*

domini 383. sub Gratiano & Theodosio CC. & Damaso S. Pont. <sup>a</sup> *a lib. 9. Hister. tripart. c. 12. & 13. Theodore. lib. 5. hister. cap. 9. Isidor. tome 1. concil.*  
 Ephesinū, fuit 3. Concilium vniuersale, Ephesi celebratum, coactis 200. Episcopis, contra Pelagij & Nestorij hæreses <sup>b</sup>, coactis in vnum & subscribentibus *b Hister. tripart. lib. 12. cap. 1. So- crat. lib. 7. hister. cap. 34.*  
 200. patribus, sub Theodosio imperatore, & Celestino S. Pontif. circa annum domini 431. Isidorus reijcit in annum <sup>c</sup> 386. Chalcedonensis vniuersalis Synodus *c Isidor. 28. 1. concil.*  
 4. celebrata à 600. Episcopis, anno domini 453. contra Euthycanos & Manichæos <sup>d</sup>, qui tunc *d Euseb. hister. Eccles. lib. 2. c. 3.*  
 damnati, & tria præcedentia concilia firmata, subscribente Martiano Cæsare, sedente Leone Thusco S. Pont. <sup>e</sup> Verum & præter eas, in Ecclesia auctoritatem *e Isidor. tome 1. concil. Sigebert. & Niceph. lib. 15. cap. 2. & 4.*  
 habent aliæ Synodi, quamuis nõ tantam vt superiores. Et recepta quinta synodus vniuersalis <sup>f</sup>, & *f can. sacre sancti. 5. 2. 15. dist.*



a *can. sextam synodum, & cā. sequent. 10. dist.* sexta.<sup>a</sup> 7. & 8.<sup>b</sup> & alia 20. concilia enumerata à Gratiano<sup>c</sup>. Quæ omnia, scripturæ sacræ habent in suis gradibus authoritatem: sicuti & sanctorum patrum quædam scripta, quæ legenda, & quæ ut probabilia, recepit Romana Ecclesia, quæ Gelasius Papa enumerat<sup>d</sup>.

d *in can. sancta Romana. 11. distinct.*

e *Basil. tract. de spirit. sanct.*

f *can. Apostolicarum, can. in his, can. catholicæ, cum similit. 11. distinct.*

g *2. ad Thessal. cap. 2.*

h *In pirkei el. 1. cap. 1. & ibi Ponsus Iagrus, & Iacbus de Valentia in v. l. 1. l. 1. l. 1.*

9 Diuus Basilus ait, in Ecclesia Dei etiā esse pro lege quædam *ἀγγραφα* non scripta<sup>e</sup>. Non scriptum ius diuinum, in traditionibus Apostolicis, & aliis catholicis conservatur<sup>f</sup>, quas iussit D. Apostolus Paulus custodiri<sup>g</sup>. Sicuti & quædam per manus à Moise & prophetis tradita, seruabant Hebræi, quæ ideò Kabalam vocabant<sup>h</sup>. Cum pertransirent Apostoli ciuitates, tradebant illis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui

qui erant Hierosolymis <sup>a</sup>. Obijcit <sup>a</sup> *Athanasius 16.*  
 & Paulus morem Ecclesiæ con-  
 tentiosus: Si quis videtur conten-  
 tiosus esse, nos talem consuetu-  
 dinem non habemus, nec Eccle-  
 sia Dei <sup>b</sup>. Et Basilii <sup>c</sup> Magni: <sup>b</sup> *1. ad Cor. 11.*  
 dogmata, inquit, quæ in Ecclesia <sup>c</sup> *Basilii Mag.*  
 prædicantur, quædam habemus <sup>d</sup> *libro de spiritu*  
 è doctrina scripto prodita: quæ-  
 dam rursus, ex Apostolorum tra-  
 ditione, in mysterio hoc est, in  
 occulto tradita recipimus: quod  
 pluribus atque singularib<sup>9</sup> exem-  
 plis illustrat, quæ omitto. Et ite-  
 rum Athanasius <sup>d</sup>, sententia à  
 maioribus confirmata, irrefraga-  
 bilem habet auctoritatem fidei. <sup>d</sup> *Athanasius*  
 Et D. Paulus, ut ostendat legem <sup>e</sup> *Episcop. Alex.*  
 Christianam potius spiritu con- <sup>f</sup> *oratione aduer-*  
 tineri quàm scriptura, ait <sup>e</sup> *sus Idola, vel cō*  
 : Qui <sup>f</sup> *tra gentiles plu*  
 idoneos nos fecit ministros noui <sup>g</sup> *ra & epistola ad*  
 testamenti, non litera, sed spiritu: <sup>h</sup> *orthodoxis de in*  
 litera enim occidit, spiritus autē <sup>i</sup> *carna. verbi.*  
 f <sup>j</sup> *2. ad Cor. 3c.* viuifi

a *D. Ioann. 2.  
epist. cap. 3.*

viuificat. Sic D. Ioannes <sup>a</sup>, vnctio  
quam accepistis ab eo, (Deo)  
maneat in vobis: & non necesse  
habetis, vt aliquis doceat vos: sed  
sicut vnctio eius docet vos de om-  
nibus, & verum est. Et per Ie-

b *Iesaiæ, c. 51.*

saia illud ipsum prædictum <sup>b</sup>,  
audite me, qui scitis iustum po-  
pulus meus, lex mea in corde eo-  
rum, & expressius videbis apud

c *cap. 31. f.*

Hieremiam <sup>c</sup>. Et certè omnino  
fieri non potest, iustitiam literis

d *Isocrates ora-  
tione 7. quæ So-  
phista dicitur  
circa fin.*

comprehendi, vt & Isocrates <sup>d</sup>,  
his verbis, docet. Neque, inquit,  
quisquam me putet dicere, quòd  
iustitia disci literis possit: nullam  
enim tantam esse prorsus arbi-  
tror, quæ malo ad virtutem in-  
genio præditis, temperantiâ aut  
virtutē impresserit: quin potius,  
& præparare sese, & simul exer-  
cere sese, maximam ciuiliū stu-  
diorum curam reor. Nec diutius  
immo

immorabor in probatione eius axiomatis, esse præcepta diuina non scripta, & tamen obseruata, quòd in omni iuris membro, id ipsum obtinere, satis superque apparebit.

10 Hoc ius diuinum, ab humano nullo modo violari debet, & si violetur, impunè non cedit, quisquis is sit, & cuiuscunque dignitatis qui amoliatur: nam assertorem & authorem suum habet optimum, vt prætextu æquitatis emendari ab alio non possit: item maximum, qui superiorem non habeat: sibi constantem & æternum, vt mutari & flecti nequeat: omnipotentem, vt cogi alterius legibus non possit: omniscium, vt non fallatur: cuius sola voluntas iustitia & æquitas est purissima, efficax, veritas ipsa, & laus vnica omnium probè sentientium. Re-  
feram

a vide de his  
Zonaram tomor.  
Annalium.

feram tantum duo exempla vindictæ, in eos qui hoc ius sanctum, vel leuiter contemerare ausi fuerunt. Narrat vnum Demetrius Phaleræus, Bibliothecæ Ptolomæi præpositus<sup>a</sup>, de lege veteris testamenti scribens. Ad Ptolomæum, inquit, Philadelphum nemo Ethnicorum ausus est, legum illarum descriptionem suscipere, & nonnullos temerarij conatus, pœnas tradit dedisse, diuinitus irrogatas: & Theopompum eas describere aggressum, errore mentis ultra triginta dies fuisse affectum: cuius amentię causa cognita, placasse Deum, per interualla morbi, ac somno monitum, illius mali causam esse, curiosam rerum diuinarum tractationem, & profanis hominibus eas inuulgandi studium, & omisso eo opere, ad sanam mentem reuersum esse.

Aliud

Aliud etiam, Theodectem quoque poëtam tragicum in fabula quadam, sacrarum literarū mentionem facturum, excæcatum dolore oculorum, causaq; cognita, Deo exorato, visum recepisse.

II Seria, seriò, & cum honore, non contumeliosè sunt tractanda: nec iocandum cum Deo. Seria, præcipuaq; in hoc iure salutis capita tractantur. Et ita præstat humano iuri: primùm, quòd circa salutem animæ præcipuè & maximè versetur: & consequenter quæ corporis sunt, ea de causa tractat, & necessaria ad vitam consequendam æternam. Eoq; præcepta eius conspirant, *si vis vitam ingredi serua mandata,* quit dominus<sup>a</sup>. Innuit David <sup>b</sup> *Mat. 19.*  
<sup>b</sup> *Psal. 18.*  
*et, inquit, domini immaculata, con-*  
*tens animas: testimonium domini*  
*cle, sapientiam præstans paruulis.*  
Et

a *Pfal. us.* Et iterum <sup>a</sup>, *longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.* Ius autem humanum præcipuè & principaliter temporalem, eamq; corporum tràquil-  
litate & pacem respicit, & eius rei gratia mores disponit & emē-  
dat: & ita, ad animæ salutem red-  
dit idoneos. Quod mihi videtur  
D. Paulus ad Timothæum scri-

b *1. ad Timot.*  
*cap. 2.*

bere <sup>b</sup>. *Obsecro, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate constituti sunt: ut quietā & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est, & acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionē veritatis pervenire. Sic mediator Dei & hominum, voluit imperatores pro æterna*  
vita,

vita, pontificibus & sacris indigere legibus. Pontifices autem, pro temporalium rerum ordine, Caesaribus & principibus<sup>a</sup>. Secundò, lex diuina ad cogitata, & animi hominis profundiora, præcepta sua dirigit: vt, *non concupisces*, &c. At iura humana, septa factorum & dictorum non excedunt<sup>b</sup>. Tertiò itaque, & præstantior, quæ de diuinis & humanis rebus, de cultu Dei, & ipsius cognitione tractet: habens & subiectum humanarum legum, & ultra aliud præstantius præcipuum, scientiam ab humanis rationibus secretam & reuelatam. Atque eius ars omnis, duobus præceptis constat: quæ si quis sequatur, nunquam aberrabit, quin bonum & æquum diuinum non consequatur. Illa sunt, *ex toto corde diligere deum*<sup>c</sup>: & diligere proximum si-

<sup>a</sup> *ca. quoniam, 10. distinet.*

<sup>b</sup> *l. cogitationis, de pæ. in P.*

<sup>c</sup> *Deuteron. 6. & 10. can. fin. 3. distin. Iosue 23. Tob. 13. Eccle. 7. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10.*

cut



cut seipsum. Ex quibus pendent

*a Ad Galat. 5. lex & prophetæ<sup>a</sup>. Quorum po-*  
*1. Petr. 1. 1. D.* *stremum adhuc, paraſceue ad pri-*  
*Ioan. epist. c. 2.* *um eſt: ex dilectione enim pro-*  
*4. ad Roma.* *ximi, quem videmus<sup>b</sup>, manu du-*  
*13. nos latè de di-* *cimur ad dilectionem Dei, quem*  
*lectione tracta-* *non videmus<sup>c</sup>. Et rursam, hoc*  
*uimus, lib. 2. pra-* *postremum dilectionis proximi,*  
*ludio. opti. In-* *aliud recipit preceptum, quod*  
*ris conf. cap. 3.* *ipsam dilectionem rudioribus o-*  
*b Matth. c. 22.* *ſtendit: & ita aliud tertium eſt,*  
*Marc. 15.* *ſed primum ordine cognitionis,*  
*c D. Ioan. 1.* *nempe, omnia quæcunque vultis*  
*epist. c. 3. 4.* *vobis faciant homines, eadem &*

*d Matth. c. 7.* *eis facite<sup>d</sup>. Et ex his tribus bonū*  
*can. 1. 1. diſt.* *& æquum ſequetur, diuinæ volū-*  
*tati conſentaneum. Et per hæc*  
*tria facta, num eius diuinæ legis*  
*ſint, hoc modo probabis, & con-*  
*ſiderabis. A rudioribus incipiens,*  
*num velles tibi hoc fieri? dehinc,*  
*num quod vis ſit ſecundum dile-*  
*ctionem proximi? Et poſtea, num*  
*Dei*

voluntati hæc probata sit dilectio? Exemplum cape, exanimatum, num uxorem proximi derare, bonum & æquum dicitur sit. Sic argumentor; si ego erem uxorem, nollem eam alio desiderari, vel subigi. Statim cognosces, si mētis compositionem esse bonum alienam derare; quia ipse nolles tuā derari. Et ita dilectio proximi, videtur probari concupiscē uxoris alienæ, regulam distinctionis improbatæ dilectionis & probatæ accipit. Et si quis adhuc dubitet, progrediatur ad Dei dilectionem, num illa dilectio à Deo probetur: & si videat commodum volūtatibus Dei, inueniet præceptis eius pugnare, & ideo non diligere Deum, qui eius mandata contemnit: quia qui diligit Deum, sermones eius seruabit.

*a Ioan. euang.  
cap. 14.*

g Ad

Ad dilectionē  
Dei pertinent  
præcipuè ex  
præceptis de-  
cem diuinis  
tria.

- 1 Non habebis Deos alie-  
nos coram me.
- 2 Non assumes nomen  
Dei tui in vanum.
- 3 Memento vt diem Sab-  
bathi sanctifices.

Ad dilectionē  
proximi reli-  
qua dirigunt.

- 4 Honora patrem tuum  
& matrem tuam.
- 5 Non occides.
- 6 Non mœchaberis.
- 7 Non furum facies.
- 8 Non loqueris falsum  
contra proximum.
- 9 Non concupisces res  
proximi tui.
- 10 Non desiderabis vx-  
orem proximi.

Ad ista decem capita, vniuersa  
mandata, legalia, moralia, anti-  
qua, & noua referri possunt. De  
quibus iam tractauimus lib. 6.  
Syntaxeôn art. mirabil. cap. 6.

De

## De iure naturali.

## Cap. 5.

*Ius naturale quid.**Ius naturale & diuina lex.**Vindicatur à reprehensione Val-  
lensis Vlpianus : & quomodo  
bestiis ratio & ius insit.**Cōmunia brutis & hominibus.**Aliter in hominibus eadem na-  
turalia, aliter in brutis : & ibi  
de coniunctione matrimonij  
& brutorum.**Aliter educatio consideranda  
genitorum in bestiis, aliter  
in hominibus.**Naturalia secundū subiectum  
esse distinguenda.**Iuris naturalis quedam :**Communis omnium natura pos-  
sessio, quomodo.**De finitione libertatis.**De depositi restitutionis ratione.*

g

2

Æqua



12 *Aqua & bona communia brutis & hominibus, & de beneficiorum retributione.*

13 *Nota, quibus quæ iuris naturalis brutorum, & quæ hominum, discernuntur.*

a l. i. §. ius naturale, de instit.  
& iur. in P. §. i.  
de iur. natur.  
apud Instin.



**I**us naturale, inquit Vlpianus <sup>a</sup>, est quod natura omnia animalia docuit. Cæterum hæc finitio non satis plena mihi visa est, nec euoluere substantiam & naturam finiti: quia tradit quidē, quid faciat ius naturale, nempe quod doceat omnia animalia: sed non explicat quid est illud ius naturale, quod docet. Quamobrem sic definitio, Ius naturale, est: à Deo seu diuina voluntate potestas quædam singulis generibus, animalium concessa, agendi ea, quæ facta æquum & bonum præ se fer

runt. Verba illa, diuinæ vo-  
 atis, genus & causam omniū  
 im ostendunt. Sic Cicero <sup>a</sup> a Cicero  
 irē rationem, legem diuinam <sup>f. ciar.</sup>  
 humanam esse, notat. Et D.  
 irius, Dei iustitia, iustitiæ non  
 quatur humanę: Neque enim  
 iræ legi subdita est, per quam  
 est statuta naturæ. Plura de  
 paulò antè dicta sunt. Reli-  
 finitionis, differentias con-  
 unt, cum iure diuino: quod  
 laratum post natiuitatem, nō  
 a natura datum: singulis autē  
 nalibus, facultas quædā certa  
 randi, data est in creatione,  
 etiam docuimus, & rebus om-  
 us <sup>b</sup>. At quia ea quæ ipsa ope- <sup>b</sup> Genes. 1.  
 tur, naturâ, bona sunt, fa-  
 tas illa quadam arte naturali  
 lege cum fiat: indita autem  
 Deo, erit & iuris diuini lex, in  
 ura rerum. Cicero pro Milo-

ne, hanc legem naturalem non scriptam, sed natam dicit. Sic Lu-

<sup>a</sup> *Lucretius lib.* cretius <sup>a</sup> ait,

<sup>3</sup> *de rerum nat.*

*Naturam rerū, diuina mente coortā.*

Et ideo omnia quæ rerum natura constāt, certa in se sunt, futura vti

<sup>b</sup> *Paul. in l.* que, vt notat Paul. iurif. <sup>b</sup> non autē  
*sed et si restitua-* si nostrā inspiciamus incertiam.  
*tur. l. 27. de ind.*

*lib. 5. P. tit. 1.*

2 Atque diuina illa lex, ius naturale dicitur, quod circa naturam informandam & regendam versatur, secundum cuiusque rei dignitatem, non æquali arithmetica proportionē, sed geometrica. Quare naturā, vt ait

<sup>c</sup> *Seneca lib. 2.* Seneca <sup>c</sup>, inest & bonum imper-  
*epistol. epist. fin.*fectè, brutis: perfectè, homini-

bus: Deo perfectissimè.

3 Vt in hoc non sit reprehendendus Vlpianus, dum ait, naturam omnia animalia docuisse <sup>d</sup>,  
<sup>d</sup> *l. 1. §. fin. de* & ius hoc non humani generis  
*inst. & iur.* proprium esse, sed omnium ani-

mal

alium, quæ in cælo, quæ in ma-  
nascuntur. Quia nullum est a-  
mal, quod speciem bonitatis &  
quitatis non possit exhibere in  
a specie: non aliundè quàm à  
magistra illa natura haustū. Nec  
cfuerunt rationes hinc erutæ  
lutarcho, quibus reuocat in du-  
nium, num brutis ratio insit<sup>a</sup>. *a Plutarch. libi.*  
Nam & illis quandam inesse plu-  
num brutis ra-  
tis insit.  
ibus placuit, inferiorem tamen  
umanæ, vt Galeno<sup>b</sup>, & Porphy-  
io<sup>c</sup>. Et Plinius<sup>d</sup>, de ingeniis auium  
gic. orat. exorta-  
tur ad artes.  
tractans, gallinis villaribus, reli-  
c Porphyrius  
lib. 3. de animal.  
gionem inesse dixit, quia in hor-  
cap. 1.  
rescunt edito ouo, excutiuntq; d Plinius lib.  
sefe, & circumactæ purificant, &  
10. cap. 41.  
fistuca aliqua sefe & oua lustrât.

Et Anacharsis<sup>e</sup>, κύνων ψυχῇ καλὸν & Anacharsis,  
ζῶον, μνηνεῦον εὐεργεσιῶν, φιλεῖ τῶν epistola penult.  
εὐεργετῶν δίκιαν, διατηρεῶν εὐνομίαν.  
ἕως θανάτου, id est, canis honesto  
animo animans prædita, memor.

g 4 benefi



*a D. Auguſti.  
lib. 11. de ciuita.  
Dei. cap. 27.*

beneficiorum, amat eorum, qui beneficia contulerūt, domos, conseruans æquitatis legem vsque ad mortem. Non persequar aliorum animalium singularia. D. Augustinus differentiam inter hominis, & brutorum cognitionem & scientiam esse scribit: quòd ista, in hominibus sit cum ratione: illa, illis ex proprietate. Iam verò nosse, inquit, quantum ametur, quamq; falli nolit humana natura, vel hinc intelligi potest: quod lamentari quisque sana mente mauult, quàm lætari in amentia. Quæ vis magna atque mirabilis mortalibus, præter homines animalibus nulla est, licet eorum quibusdam ad ipsam lucem intuendam, multò quàm nobis sit acrior sensus oculorū: sed lucem illam incorpoream contingere nequeunt, qua mens nostra quodammodo

dammodo irradiatur, vt de his omnibus rectè iudicare possimus. Nam in quantum eam capimus, in tantum id possumus: verumtamen inest sensibus irrationalium animantium, etsi scientia nullo modo, at certè quædam scientiæ similitudo. Et vt natura homo prudens, inquit Aristoteles <sup>a</sup>, ita <sup>a</sup> *Aristotel. 4. de partib. animal. cap. 10.* tribuere solet natura cuique animali & rei rem, qua vti possit: <sup>b</sup> *Aristot. lib. 1. de calo, cap. 4.* cum enim frustra <sup>b</sup> nihil faciat natura, & eius author Deus, oportet sapientia quadam naturata esse disposita, ad cōseruationem eius ad quod diriguntur & facta sunt. Quare & omnia ab eadem lege, veluti artem connatam acceperunt, essendi & essentiam cōseruandi. Et id est, quod aiunt <sup>c</sup> *l. 1. §. fin. de iustit. & iur. P.* Vlpianus <sup>c</sup> & Iustinianus <sup>d</sup>, & alij <sup>d</sup> *§. 1. titn. de iure natur.* ex hoc iure naturali, descendere <sup>e</sup> *can. in naturali, vale, 1. dist.* maris & fœminæ coniunctionē,

g s qua

qua species propagetur: & educationem genitorum, qua species

a l. liberorum.

§. si. de verb. fig.

l. vni. §. taceat,

de rei vxor. act.

Cicer. 2. de natu.

deorum. Diony.

Halicar. in pra

cept. orationis

nuptialis.

b l. ut vim de

instit. & iur. l.

2. & l. scientiam

§. quis cum ali-

ter, ad leg. aqu.

lib. 9. P. tit. 2. l.

1. §. cum arietes

fi quad. paup.

fec. dica. lib. 9.

P. titu. 1.

c Genes. 1. &

8. & 9.

d dict. cap. 1.

Genes.

e Horat. 2. ser-

mo. Satyr. 1.

f Xenoph. lib. 2.

Cyripad.

g Cicer. 1. offic.

ibi, Principio ge-

neri animalium

&c.

propagata crescat<sup>a</sup>: & defen-  
sionem, per quam conseruetur &  
diuturnior viuat<sup>b</sup>. Simul omni-  
bus animalibus & rebus dictum,  
crescite, multiplicamini, replete  
terram<sup>c</sup>. Quibus verbis constat

omnia & consequenter recepif-  
se semina in semetipsis, vnde si-  
milis sibi substituerent<sup>d</sup>: ita om-  
nibus viuendi cupiditas indita, &  
vitam conseruandi. Arbores ideo  
radices profundius agunt: vermi-  
culi, imo Acari, & maiora ani-  
mantia sese, quibus possunt ar-  
mis, defendunt, à natura edocta.

*Dente lupus, cornu taurus petit: un-  
de, nisi intus Monstratum?*

Quod & notat Xenophon, in re-  
liquis<sup>f</sup>, & Cicero<sup>g</sup>. Et in sum-  
ma, natura id fieri dicitur, quod  
non aliundè quàm ex interiori

qua

quadam vt fit: vi dicimus testamento sui natura apertum, quod aliquo modo, sine ministerio hominis patuit<sup>a</sup>: & naturale vitium innatum<sup>b</sup>. Miror hîc, cur Laurentius Valla<sup>c</sup>, reprehendat Iurisconsultos, dum dicunt brutâ eius iuris naturalis peritiam censeri: putat enim id falsum esse: eò quòd expertia sint rationis, & ita à iure aliena. Nec Valla est assequutus vnquam mentem Vlpiani: non enim Vlpianus dixit, brutâ suis vel rationem habere, sed à iure naturæ edocta esse, id est, accepisse in creatione, vt dixi, proprietatem agendi benè: & ita naturâ, non ratione exequi quæ bona sunt. Quò fit, vt in hominibus, animalibus inquam rationalibus, perfectior sit natura, quia ea cum ratione & arbitrio coniuncta, quibus destituuntur brutâ.

Et

<sup>a</sup> l. si in duobus;  
<sup>b</sup> si sui natura.  
 quemad. testam.  
 aperiantur.

<sup>b</sup> l. fluminum l.  
 2. §. vitium, de  
 damno infect.

lib. 29. P. tit. 2.  
<sup>c</sup> Laurent. Val.  
 lib. 4. elegant.  
 cap. 48.

Et iure naturali perfectiori modo vti possunt homines, quia electionem habent.

4 Communia itaque, quæ ius naturæ animalia bruta docuit, homini sunt, sed perfectiora in homine, quia præstantius est subiectum, in quo quod nota quæcunque habet bruta reperiuntur, & quæcunq; inferioribus insunt. Etenim habet in sui compositione elemēta, vt res quæ essentiam solam habent: habet & vegetatiuam vitam, qualem plantæ: habet sensitiuam, qualem habent bruta. Quare consequenter omnium particeps est inferiorum, & necessariò quæ bona illis insunt, & communia sunt homini: sed non omnia quæ hominis sunt, communia sunt brutis, plantis, & aliis rebus elementatis: quia minus, maioris non est capax: maius autem

tem est in homine, supra inferiora ratio anime immortalis<sup>a</sup>. Proinde nemo ab actibus vel factis brutorum, probè argumentabitur ad hominis negotia: nec contrà: quia pro modo cuiusque naturæ, facta cōueniunt vel improbantur. Quapropter, quæ naturalia sunt, aliam legem in brutis, aliam in hominibus habent: & tamen vtraque eiusdem æquitatis, eiusdem authoris: verùm diuersitas subiecti, alio & alio probat facta malo.

§ Planum facio ex præcedentibus naturalibus. Maris & feminae coniunctio, naturalis est: sed modus coniunctionis alius in brutis, alius in hominibus: vtrisque tamen naturalis appetitus, & mulier generationis causa & mas, non ex electione, sed vt in aliis animalibus naturali existente de

*Hac explicatur  
in lib. 6. Syn-  
tax. art. mirab.  
cap. 1.*

*a Aristotel. 1. Politic. cap. 1.*

te desiderio <sup>a</sup>. Verum in brutis sine peccato est: quia peccatum ex voluntate libera, qua destituuntur. at in homine potest esse cum peccato, quia lex coniunctionis alia illi imposita, nempe,

*b Genes. 1. & 2. & hac latè explicamus in finitione nuptiarum. facit can. 1.*

erunt duo in carne vna, & vir adhærebit uxori suæ <sup>b</sup>. Vnde, ex illa generali & communi cum brutis coniunctione, coniunctio humana proprio & humano nomine, dicitur matrimonium <sup>c</sup>: cui & ritus honestasq; coniuncta est, aliena à Cynica & bruta libidine,

*32. q. 2. can. denique, 26. dist. c. sicut. 32. q. 2.*

ne, dicitur matrimonium <sup>c</sup>: cui & ritus honestasq; coniuncta est, aliena à Cynica & bruta libidine,

*c Vlpia. l. 1. §. fin. de instit. & iur. in P.*

ritus honestasq; coniuncta est, aliena à Cynica & bruta libidine,

*d 1. ad Thessal. cap. 4.*

ut quisque possideat vas suum in

*e can. 1. 32. q. 2.*

sanctificatione <sup>d</sup>: non ad explendam libidinem, sed ad generationem & subrogationem speciei <sup>e</sup>,

*f l. 1. solus. mat.*

nam & subrogationem speciei <sup>e</sup>,

*in P. l. 2. de indist. viduita.*

& ad inducendam certam & legitimam <sup>f</sup> immortalitati pro-

*coll. C.*

legitimam <sup>f</sup> immortalitati pro-

*g §. 1. de nupt.*

ilem <sup>g</sup>, & ad euitandam vagam

*in archen. col. 4.*

illam & turpem venerem <sup>h</sup>. Et

*Callistratus l. liberorum. de ver.*

illam & turpem venerem <sup>h</sup>. Et

*signific.*

ultra leges coniunctionis bruto-

*h cā. quicquid.*

rum,

*32. quæst. 1.*

rum, in coniunctione humana,  
 matrimonij bonum: cum prole  
 additur secundum, fides: & ter-  
 tium, sacramētum <sup>a</sup>. Vt extra has <sup>a</sup> *can. omne. 27.*  
 matrimonij leges, coniunctio & <sup>b</sup> *q. 2. de prole in*  
 adulterium, probumq; natura <sup>b</sup> *cap. 1. 1. 3. de fri-*  
 naturæ excessus & impetus <sup>c</sup>. At <sup>c</sup> *gidis & mal. &*  
 que ita etiā oportuit fieri, vt præ <sup>b</sup> *can. pudor. 32.*  
 stantioribus legibus, natura ge- <sup>c</sup> *qn. 2.*  
 nerationem præstantiorum ani- <sup>c</sup> *l. probum, de*  
 malium, concluderet. nam bru- <sup>c</sup> *verbor. signifi.*  
 torum generatio, est tantum cor- <sup>c</sup> *§. sit igitur,*  
 poris sensibilis & mortalis om- <sup>c</sup> *quib. mod. natu-*  
 nino: hominum verò procreatio, <sup>c</sup> *ral. efficiant de-*  
 coniunctam habet animam, in- <sup>c</sup> *gitimi, collat. 6.*  
 fusam à Deo immortalem, diui- <sup>c</sup> *in authent.*  
 nis plenam: vt meritò hanc pro-  
 creationem diuinam Plato <sup>d</sup> di- <sup>d</sup> *Plato in sym-*  
 cat, his verbis: Omnium, ô So- <sup>d</sup> *posio.*  
 crates, hominum pregnans &  
 grauidum corpus est, pregnans  
 & anima: & cum primùm ad cer-  
 tam ætatem peruenerimus, pare-  
 re stat



re statim nostra natura cupit, parere verò in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sanè & mulieris congressu, fœtus partusq; provenit: est autè hoc opus diuinum & in animo ipso mortali immortale, hoc est, conceptio scilicet & generatio.

6 Aliud excutiamus exemplum. Natura, vt diximus, proprios docuit fœtus educare animalia omnia<sup>a</sup>. Hoc iure itaque communi cum brutis, educare debēt homines filios, & liberos<sup>b</sup>, id est, & descendentes omnes qui liberorū appellatione veniunt<sup>c</sup>. Item & bona post mortem illis relinquere naturalis ratio suadet<sup>d</sup>. Cæterum, alimenta quæ natis parentes dant, vltra illa corporalia, spiritualia sunt: quia simul cum corpore anima producit in lucem, & idèò vtrunque partem.

<sup>a</sup> d. l. 1. §. si. de insti. & iur. Ci- cer. 3. & §. de finib. & 1. offic. <sup>b</sup> l. si quis à liberis, l. §. de liber. agnosc. lib. 25. P. tit. 3. tot. tit. de alen. liber. C. <sup>c</sup> l. liberorum, de verb. signific. in P. l. sed in hac §. liberos de in ius voca. l. Iurif- consul. de grad. cogn. in P. <sup>d</sup> l. scripto, unde liber. l. cum ratio, de bon. damnat.

tem filij, corporalem & spiritualem, educare debent: illam cibis corporalibus, istam spiritualibus, institutione legitima, & bonis moribus informare <sup>a</sup>. Et sicuti <sup>a</sup> *Paul. in l. de bonis l. 6. §. penult. de carbon. edict. lib. 37. P. tit. 10. vide plura hac de re à nobis pertractata in 2. lib. praeludior. optimi. Iurifconf. c. 40.* filio non imputantur in legitimam, impenſa alimentorum causa, ut <sup>b</sup> *Vlpia. l. qua pater, l. 51. fami. hercis. lib. 10. P. tit. 2.* potè debita naturâ: sic nec sumptus studiorum causa, imputari debent filio <sup>b</sup>: ut alimentorum appellatione cõprehensi. Quamquam in extraneo, alimenta relicta non contineant impendia in disciplinam <sup>c</sup>, nisi expressè dictum sit <sup>d</sup>.

7. Aliaplura exempla ad naturæ communis leges pertinent, quibus constituam regulam iuris: naturæ leges, communem quidem habere causam, commune factum: sed vsum communium, secundum cuiusque particularis naturæ captum, esse metiendum:

h in

in brutis, sensuali tantum modis  
in hominibus, & cum rationis  
norma. Quam regulam si probe  
obserues, compones paruo vel  
nullo negotio, infinitas prope-  
modum quaestiones, quae non ani-  
maduertentibus, Gordianas ad-  
ferunt & generant antinomias.

• 8. Et ut adhuc in aliis doceam,  
quam praecedentibus: repetere ea

*I. n. an. iur.  
naturale, i. diff.  
equentia ex-  
mirantur.*

*b. can. quo iure  
defendis. s. diff.  
Anachar. epist.  
ultima.*

*c. l. libertas de  
statu hom.*

*d. §. ferè, de rer.  
diuis.*

*e. l. bona fides  
deposi.*

*f. l. ut vim de  
insti. & iur. c. 3.  
de sept. excom.*

quae dicuntur iuris naturalis<sup>a</sup>,  
qualis communis possessio<sup>b</sup>, om-  
nium vna libertas<sup>c</sup>, acquisitio ca-  
ptorum caelo mariq;<sup>d</sup>, depositae  
rei restitutio<sup>e</sup>, violentiae repul-  
sio<sup>f</sup>. Haec omnia temperamen-  
tum habent rationis.

9. Nam communis omnium  
possessio, ita tamen ut occupanti  
cedat, rationem habere debet:  
alioquin, si liceret quod alius re-  
cte occupat, quod seuit, quod co-  
lit, ignauo temerario & audaci;

ut

vt commune, accipere & rapere, iam ferino more, non humano viuerent homines, & impetu nō ratione. Fecit natura omnia communia, sed non vt perpetuò & semper communia essent, sed vt quilibet indè, velut ex communi, hauriret & caperet, & potius fecit omnia nullius, singularis scilicet, quàm cōmunia. Id & aliud naturale explicat, vt quod quis in cœlo mariq; cœperit, suum faciat, quandiu habeat: Hoc enim ratio suadet, nempe societas hominum, præceptaq; superiora iuris diuini. Et illud, alteri ne feceris quod tibi fieri non vis, & similia. Ita fas est, per alienum agrum transire, si consideres vt communem: at si consideres rationem, quòd hīc satus, quòd transitus alteri damnosus, quod turbet quietem publicam, dominiū confun-

h 2                      dat,

*a can. 2. 1. dist.*  
*can. fin. 23. q. 2.* dat, æquum non est <sup>a</sup>: atque sic  
inter homines, natura, examine  
cōsideratur rationis. Neque quis  
potest iuste contendere, ita res  
factas communes esse à Deo, vt  
nullius vnquam essent. nam hîc  
implicatur contrarietas commu-  
ne esse, & neminem posse eo vti:  
commune namque non esset, sed  
semper nullius remaneret: com-  
munibus enim vtimur <sup>b</sup>: imò, &  
quod cōmune, meum dici potest.

*b l. meritò, §1.*  
*pro socio. P.* 10 Progrediamur ad liber-  
tatem, illa eadem finitio, quæ tra-  
dit eam naturalem esse faculta-  
tem agendi, quæ velis, addit quo-  
que rationis frena, nisi siquid iure  
prohibeatur <sup>c</sup>. Nam quod iure  
*c l. libertas de*  
*statu. hom. P. §.* iusteq; vetitum est, ad actionem  
*1. de iure person.* bonam libertatis non pertinet,  
*apud Iustinia.* nec nos ea posse facere dicimur <sup>d</sup>.  
*d l. filius l. 15.* Quare nec iuris executio, officit  
*de hered. instit.* libertati: imò legum ideo serui su-  
*in P.* mus,

mus, vt liberi esse possimus <sup>a</sup>. Et <sup>a</sup> *Cicer. pro Cluentio.*  
 Philo Iudæus <sup>b</sup>, liberi, inquit, sunt, <sup>b</sup> *Philo Iudæus, lib. Quid probus sit liber.*  
 quotquot viuunt sub legibus. Cui  
 adde rationem, quòd legibus, ve-  
 luti vallum fiat naturæ rationali,  
 ne corrūpatur, & ne passionibus  
 alienis seruiat. Et Timoleon Co-  
 rinthiorum dux sapientissimus,  
 hanc esse speciem libertatis dice-  
 bat, si omnib<sup>9</sup>, quod quisque vel-  
 let, legibus experiri liceret <sup>c</sup>. <sup>c</sup> *Aemil. Probus in Timol.*

11 In deposito quoque resti-  
 tuendo, ratio normam & legem  
 constituit, nam æquum danti re-  
 stituere naturali iure, propter fi-  
 dem societatis humanæ conser-  
 uatricem: at si furioso, gladius ab  
 illo depositus, restituatur, iniqua  
 fieret æquitas restitutionis: vt si  
 furi furtum potius quàm domino  
 reddatur. Vnde ratione tempe-  
 randum quoque depositū erit <sup>d</sup>. <sup>d</sup> *V. bona fides, deposit. in 1. cā. ne quis. 22. q. 2.*  
 Et si de violentiæ illatæ expulsio-

ne agatur: ipsam quoque rationem adhibere opus est pro norma, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ<sup>a</sup>.

*a l. i. vnde vi lib. 5. P. tit. 4. l. scientiam §. qui cum aliter ad leg. aquil.*

12 Regulam aliam deinceps in hac naturali equitate communi, constituam: ea omnia eius generis censerem, quæ & hominibus & brutis communia sunt. Veluti, si de retributione beneficiorum agamus, dicimus illam ex æquitate iuris naturalis procedere<sup>b</sup>:

*b l. sed et si lego, l. 28. §. consuluit de petitione hered. in P. lib. 3 tit. 3.*

*c Anachar. in epist. penult. ad Thrasibul. plura de beneficia natura canum Plinius lib. 5. cap. 40.*

*d Aelian. lib. 5. de histor. animal. cap. 63.*

nam hoc bonū feris natura communicauit, vt diximus exemplo canis ex Anacharside<sup>c</sup>, qui amat benefactorum domos. Narrat Aelianus<sup>d</sup>, puerum & Draconem in iuuentute simul nutritos fuisse in Arcadia: Draconem dehinc in sylvas à parentibus iuuenis relictum, cum eum cum eodem cubantem reperissent, & metueret, ne maior Draco effectus, iuueni

noce

noceret: aliquantò autem post iu-  
uenem per loca deserta iter fa-  
cientem in latrones incidisse,  
eumque clamantem à Dracone  
exauditum & iuuatum contra la-  
trones, quos partim necauit, par-  
tim fugauit: demùm per viam vbi  
maximi serpentes erant, incolumen  
reduxisse. Simile refert Pli-  
nius <sup>a</sup> de Thoa, liberato à latro-  
nibus per draconem à se antea  
nutritum. Et de Panthera, comi-  
tante hominem per periculosa  
loca, qui catulos è fouea libera-  
uerat. Narrat Gellius <sup>b</sup>, Andro-  
dum seruum, ad pugnam bestia-  
rum damnatum, agnitum & in-  
tactum euasisse in circo à Leone,  
à cuius pede aliquando in sylua  
stirpem demerat. Lupi in Mœo-  
tide palude, quietè versantur cū  
piscatoribus, eò quòd partē præ-  
dæ ab illis accipiunt <sup>c</sup>. Alia & mi-

<sup>a</sup> Plinius lib.  
8. cap. 57.

<sup>b</sup> Aul. Gell.  
lib. 5. cap. 14.

<sup>c</sup> Aelia lib. 2.  
de histo. animal.  
cap. fin.

h 4 rabil



a *Plin. lib. 8.*  
*cap. 16.*

b *Xenophon in*  
*princ. 1. Cyripa.*

rabiliora de gratitudine ferarum in beneficos, refert Plinius, quæ apud illum videto <sup>a</sup>. Nec aliud magis sylvestrem naturam animalium sicurat, quàm beneficiorum & benefactorum acceptio: ut pastorem diligunt & sequuntur lubentissimè armenta, quam ferocia: neque vnquam aliquod armentum, in pastorem insurrexisse auditum est <sup>b</sup>.

13 Sed accipe notas, quibus naturalia, quæ iure naturæ brutis, ab his quæ hominibus cōpetunt, discernuntur. Prior, quia cum ratione his utitur homo, brutum sine ea impellente natura, ut diximus: altera, quòd homo arbitrio iis uti & non uti possit: brutum naturali quadam necessitate impellitur. Ideò ille peccat, hic minimè. Si tamen homo contra rationem sibi inditam facit, contra natu-

naturam facit: & si sciens prudensq; , vel scire id facit, naturale vitium dicitur <sup>a</sup>, quod propè <sup>a</sup> *vt l. 2. c. quādo & quib. quar. pars debe. lib. 10.* naturam quandam & habitum constituit: non enim verè naturale, sed corruptio naturæ & corruptela <sup>b</sup>. Sic D. Paulus <sup>c</sup>, non <sup>b</sup> *c. sm. de consuetud. ap. Greg. Ad Roman. cap. 7.* enim quod volo malū, hoc ago: sed quod odi malum, id facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est: nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. At quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt <sup>d</sup>: quæ sint autē ea quæ pro- <sup>d</sup> *l. vbi repugnantia §. 1. de reg. iur.* hibentur, quilibet etiam à seipso discere potest, etiam contraria cupiens. Nam, vt ait Persius <sup>e</sup>, <sup>e</sup> *Persius Saty. 5.*

*Stat contraratio, & secretā gannit in aurem,*

*Ne liceat facere id, quod quis vitiauit agendo.*

h

s

Publi

*Publica lex hominum, naturaq;  
 continet hoc fas,  
 Ut teneas vetitos inscitia debilis  
 actus, &c.*

---

## De iure gentium. Cap. 6.

- 1 *Ius gentium, ius naturale hominum.*
- 2 *Iuris gentium in homine sedes.*
- 3 *Iuris gentium consensus in religione.*
- 4 *Gentium consensus in societate & commercio.*
- 5 *Bella quomodo iuris gentium & servitutis rationes.*
- 6 *Servitutis finitio explicata.*
- 7 *Belli iusti aequitas.*
- 8 *Iuris gentium cum divino & aliis cōmunio, & de naturalis iuris firmitate & constantia.*

*Expli*

9 *Explicatur axioma, Naturale  
ius esse immutabile.*



**L**ex gentium, ius naturale quoque est, & iure civili vetustius, cuius facultatem cum ipso genere humano natura edidit<sup>a</sup>. Sed gentium naturale homin tantum proprium, illud autem proxime enarratum, communicatum & brutis<sup>b</sup>; hoc recentius quàm naturale, ratione eius, quod à gentibus in certo tempore decretum est. Quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocaturq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur<sup>c</sup>. Omni in re, inquit Cicero<sup>d</sup>, consensus omnium gentium, lex naturæ putanda est. Quod enim omnibus vbiq; ferè probum

<sup>a</sup> § singulorum,  
de rer. diuis.

<sup>b</sup> Vlpia. l. i. §.  
fin. de instit. &  
iur.

<sup>c</sup> § quod verò,  
de iur. nat. gent.  
& civili ap. In-  
fin. l. omnes po-  
puli §. i. de inst.  
& iur. in P. cā.

<sup>d</sup> Cicer. i. Inf-  
culan.

probum videtur, & humanae speciei videtur naturale. Quod explicat sic Arius, ex Didymo, καὶ ὁ κόσμος οἶονεὶ πόλις ἐστίν, ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν ἡγεμονίας ἐχόντων, τῶν μὲν ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων· κοινονίας δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ λόγῳ μετέχειν, ὅς ἐστι φύσει νόμος, id est, Mundus tanquam ciuitas Deo & hominibus constat, ex quibus Deus imperium habet, homines subiecti sunt: societatem autem inter ipsos, esse ex commertio rationis, quae naturae lex est. Ita & Cicero, Est homini cum Deo, inquit, rationis societas<sup>a</sup>. M. Fabius Quintilianus<sup>b</sup>, Ius omne, inquit, continetur natura vel constitutione: Natura, quod sit secundum cuiusque rei dignitatē: haec sunt, pietas, fides, continentia, aliaq; eiusmodi. Constitutio est in

<sup>a</sup> Cicero. 1. de legib.

<sup>b</sup> Quintil. lib. 7. institut. oratoria cap. 5.

in more, lege, iudicato, pacto.  
Aristoteles tradit communem omnium esse naturam humanam, & omnibus naturæ esse consortium<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Aristot. Problem. sectio. 7.  
quæst. 3.

2 Ius hoc naturale propriū, seorsum à brutis, sedem in ratione habet, atque gentium fit consensu, ex eadē ratione circa idem. Ratio interdum causas habet omnibus, aut propè omnibus, communes, & vtilis, & fit inde gentium nomen: interdum quibusdam tantum & certis conuenientes, & fiunt inde iura ciuilia. Quare partim ita communi omnium iure, partim proprio, homines reguntur<sup>b</sup>. Hoc vnum animal<sup>b</sup> homo, sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisq; quis sit modus<sup>c</sup>. Per rationem mens acris & vicens, celerrimeq; multa agit, sagaxq; quæ & causas

<sup>b</sup> s. ino autem  
cinile, de iure  
nat. ap. Inst.  
l. omnes populi,  
de instit. & iur.  
<sup>c</sup> Cicer. i. offic.

fas rerum & cōsecutiones videt,  
similitudines transfert, disiuncta  
coniungit, cum præscentibus fu-  
tura copulat, omnemq; comple-

a Cicero. 2. de  
finib. & 1. offic.

b Philo Iudæus  
lib. quod probus  
sit liber.

statitur vitæ cōsequentis statum.

Et Philo Iudæus<sup>b</sup>, Vera, inquit,  
lex, ratio est, non huius aut istius  
mortalis institutum in tabellis  
chartulisve scriptum, inanimis,  
sed immortalis ipsa, stylo naturæ  
sempiternæ, in mente immortalis  
exarata.

### 3 Exemplis illustant hanc

e tam. ius gen-  
tium, 1. dist.

d Pompon. in  
l. 2. de instit. &  
iur.

e Xenoph. lib.  
4. de dist. &  
fact. Socrat.

iuris gentium cōmunionem au-  
thores<sup>c</sup>, in religione primum<sup>d</sup>.

Quia prima lex naturæ illa vide-  
tur esse, quod pertinet ad homi-  
nes, vt Deum esse credamus, te-  
ste Xenophonte<sup>e</sup>, illumq; sum-  
mè bonum, & potentem condi-  
torem & gubernatorem rerum.  
Et de hominibus nulla gens est,  
neque tam immansueta, neque  
tam

tam fera, quæ non, etiamsi igno-  
ret qualem Deum habere deceat,  
tamen habendum sciat<sup>a</sup>: nam  
innatum & sculptum omnibus  
hominibus, esse Deum<sup>b</sup>. Atque  
sic esse expedit, vt metu alicuius  
superioris, mentes efferatæ resi-  
piscant: & afflicti & miseri, spe  
superioris bonitatis respirēt: hîc-  
que est fundamentum humanæ  
societatis<sup>c</sup>. Qua de re, nos plura  
alibi tractauimus<sup>d</sup>.

411 Subinde, ex hac naturali  
ratione, iura orta quæ ad huma-  
næ societatis conseruationē per-  
tinent. Sociale quippè homo ani-  
mal est. Et homines hominum  
causa generati, vt ipsi inter se alijs  
alijs prodesse possint<sup>e</sup>: cùm indi-  
geant mutuo auxilio<sup>f</sup>, & natu-  
rali quadam sanguinis coniun-  
ctione vinciantur<sup>g</sup>, & intersit  
ideò hominis, hominem afficere  
bene

<sup>a</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>b</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>c</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>d</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>e</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>f</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>g</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>h</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>i</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>j</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>k</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>l</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>m</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>n</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>o</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>p</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>q</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>r</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>s</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>t</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>u</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>v</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>w</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>x</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>y</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>z</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>aa</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ab</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ac</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ad</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ae</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>af</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ag</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ah</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ai</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>aj</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>ak</sup> Cicer. 1. de leg.

<sup>al</sup> Cicer. 1. de leg.



a Papin. in l. si beneficio<sup>a</sup>. Et proinde, in quibusdam omnibus vtilibus & bonis, consenserunt v<sup>o</sup> su exigente & humanis necessitatibus<sup>b</sup>.  
 b §. in a<sup>o</sup> gentium, de iure nat. gen. & cin. l. ex hoc iure, de iustit. & iur. in P.  
 c Proximè citatis iuribus, & can. ius gentium 1. dist. l. 3. 4. 5. de iust. & iur. d<sup>o</sup> can. cum homo, 23. q. 5. can. apud, can. quid culpatur, 23. q. 1. e can. iustum est bellum, 23. quest. 3.  
 f can. noli, 23. quest. 1. can. est iniusta, 23. q. 4.  
 Huc referuntur commercia & contractus quidam, & quæ ad belli iura pertinent<sup>c</sup>. Bella iusta iuris huius sunt, vt rationi conuenientia, ad expulsionem inuastoris & nocentis<sup>d</sup>: vel ob alias causas, quæ explanantur in decretis Bonifacij<sup>e</sup>: Vnde, quæ ex bello legitimo fiunt, & sequuntur legitime, consensu etiam gentium, iuris huius censentur: vt potissimum, captiuos non occidere, sed in vita conseruare: hoc enim suadet misericordia communis humanæ naturæ<sup>f</sup>, sicuti & iustitiâ, quæ poenam à temerariis reposit, æquum esse suadet, huiusmodi captos, velut in ipso delicto deprehensos, seruire victoribus, & in

& in beneficium conseruata vi-  
 tæ, quæ in manu & potestate ca-  
 pientium sita erat, illis obsequiū  
 cum suis rependere. Hincq; ser-  
 ui dicti sunt, vt hoc nomine be-  
 neficij recordarentur accepti, &  
 seruando scilicet, vt mancipia;  
 quia manu capti <sup>a</sup>. Rationem <sup>a</sup> *libertas, l.*  
 quoque huius seruitutis iustæ, tra- <sup>4. de stat. hom.</sup>  
 dit Aristoteles <sup>b</sup>, vt qui non pos- <sup>li. 1. P. 1. 5. 5. In-</sup>  
 sunt fortiter pericula inuaden- <sup>binia: in 6. ser-</sup>  
 tium subire, serui fiant inuaden- <sup>nus autē, de iur.</sup>  
 tium. Atque hæc seruitus neces- <sup>persu. lib. 1. In-</sup>  
 sariō debuit in bello introduci, <sup>stituit. iur. ciuil.</sup>  
 ad mansuetudinem pectoribus <sup>tit. 3. l. manumif-</sup>  
 hominum inferendam. Existima- <sup>fiones, de iustit.</sup>  
 runtq; probi antiquorum, vt Pyr- <sup>et iur. can. in-</sup>  
 rhus <sup>c</sup>, parcendum his esse, qui- <sup>gentium, 1. dist.</sup>  
 bus belli fortuna pepercit. Et ita <sup>b</sup> *Aristot. lib.*  
 hoc ius belli rectè legi naturæ <sup>7. Polit. cap. 15.</sup>  
 conuenit, quæ perpetua est se-  
 cundum Xenophontem <sup>d</sup>, vt il- <sup>d</sup> *Xenoph. lib.*  
 la, quando belligerantium vrbs <sup>7. Cyrip. ad.</sup>

i

capta

capta fuerit, cuncta sint eorum,  
 qui cœperint, & corpora eorum  
 qui in vrbe sunt, & bona. Sic qui  
 captus fuit à barbaris nationibus,  
 cum quibus nobis nullum fœdus,  
 & si cum illis nullum sit bellum,  
 tamen captus ab illis seruus illo-  
 rum fit: & pariter, si quis illorum  
 à nobis capiatur, vt ait Pompo-  
 nius<sup>a</sup>. Idq; & ratione humani-  
 tatis, quòd melius seruire sit vi-  
 uendo: & ita parere vitæ inno-  
 centium adigantur, potius spe-  
 redhibitionis, quàm sœuendi fiat  
 sine misericordia potestas. Eò re-  
 fero acceptum nomen seruitutis  
 impositæ à Noacho nepoti Cha-  
 naamo, quòd Cham eius virilia  
 nudasset<sup>b</sup>, nempe à seruando:  
 quia dignus erat morte Cham, &  
 generatione indignus filiorum,  
 quòd patrem tam turpiter sub-  
 sannasset. Lex enim est, quæ quã-  
 uis

<sup>a</sup> Pompon. in l.  
 postliminijs l. 3.  
 §. in pace, de ca-  
 pti. lib. 49. P.  
 tit. 35.

<sup>b</sup> Genes. 9. &  
 can. sexta die,  
 35. diffinit.

istum non fuisset scripta, tamen iure naturæ perpetuò aqua visa est: Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.

*a Exod. 21. can. non satis §. cæternum, & c. dist.*

6 Nec nos remoratur scrupulus finitionis, cum seruitus dicitur constitutio iuris gentium, qua quis contra naturam dominio alterius subijcitur <sup>b</sup>: nam hæc <sup>b</sup> *§. seruitus est, de iur. person.* subiectio, est quidem contra naturam, id est, contra qualitatem naturæ, quam quis ante seruitutem habebat: sed non contra ius naturale, quo aboletur iustè illa libertas naturalis cum optima ratione. Ita & iustè seruituti mancipatur clericus, insidiatus proprio Episcopo, vel cum calumniatus: & concubina diaconi vel sacerdotis <sup>c</sup>. Et alibi, cum de seruis agetur Deo iuuante, ostendimus <sup>d</sup> seruitutes non esse contra ius naturale. Ergo quia belli ius

*c cā. statuimus, 11. quæst. 1. can. clericus, 1. q. 4. d. can. eos qui 32. distinct.*

& servitutes rationi probantur, quæ ad ea pertinent, eiusdem æquitatis censenda sunt, ut quæ de fœcialibus, legatis, induciis, & id genus aliis inducta sunt. Multò magis & ea, quibus restituitur pristinus status, aut post calamitates bellorum recipitur: qualia postliminium, manumissiones, de quibus suo loco.

7 Belli finis pax, ob quam tantum suscipiendum dicit Cicero<sup>a</sup>. Cui subscribit Aristoteles<sup>b</sup>, additq; bellum, cogere esse homines iustos & temperatos. Et fortitudo quæ est in bello, tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, plena iustitia est<sup>c</sup>. Bellumq; suscipiendum in eos est, qui Rempublicam, aut eius siue amicos siue socios iniuria violare moliantur<sup>d</sup>. Sic Platon<sup>e</sup>, animadverti quidem, inquit, ad

<sup>a</sup> Cicero. 1. offic.

<sup>b</sup> Aristot. lib.

7. Polit. cap. 15.

<sup>c</sup> ean. fortitudo, 23. q. 3.

<sup>d</sup> Aristot. vbetor. ad Alexan. in perora. distortum.

<sup>e</sup> Plato in Alibiade. vel de natur. homi.

ad armatos prouocari, cum vel  
decepti aliqua re coacti sumus,  
&c. aduersus iniustos.

8. Iisdem præceptis, quibus  
ius diuinum, hoc ius naturale re-  
gitur, iisdemq; quibus cætera iu-  
ra, quæ pro norma habent ratio-  
nem: eo tamen addito, quòd hîc,  
ratio pluribus populis debet con-  
ueniens videri, in aliis sufficit ra-  
tionem conuenire quibus adijci-  
tur. Quare in his quæ iuris natu-  
ralis censentur, cum omnes na-  
turali ratione eius periti cense-  
antur, venia nulla rusticitati vel  
ignorantiæ datur, si quid præter-  
mittatur, quod naturali ratione

fieri debeat. <sup>a Gordia. Cas.</sup> Constans quippè <sup>l. 2. de in ius ve-</sup>  
& in omnes diffusa hæc lex, recta <sup>can. lib. 2. c. 2. 3.</sup>  
& sempiterna, à qua, nec alia le- <sup>b Cic. 3. de ro-</sup>  
ge per principem vel senatû, ab- <sup>pnb. Lactant. li.</sup>  
soluti possumus, utpotè Deo, eius <sup>c. 1. de</sup>  
authore, omnium imperatore <sup>cap. 5. l. 2. §. 1. de</sup>  
<sup>vsu fr. ear. rer.</sup>  
<sup>b. quæ vsu cons.</sup>

i 3 Et si

Et si contra iura naturalia ob corruptam humani generis naturam peccetur, tamen elidi non potest: quin & ob illius naturalem scientiam, quam conscientiam dicimus, illa scelestissimos ante & post delicta, & in ipso delicto, vellicat, interpellat, & inuitos ex-cruciat. Natura quippè sibi est consona & tota cognata, vt ait Plato<sup>a</sup>. Et vt infinitæ propemodum huius quæstionis antinomix tollantur, addam huic iuri regulâ.

<sup>a</sup> Plato in *Memor.*, vel de *vir.*

9 Naturalia iura & rationi naturali consona, inexpugnabilia esse, quandiu in suo naturali & rationali statu & subiecto remanent: At quia extra sæpe illud subiectum à natura decretum, defluunt, defectum vel excessum restitui ad naturam propriam debere nemo dubitat. Verum in eo non offenditur natura propria, sed

sed corruptio eius quæ reparatur:  
 & hoc modo naturalia restitui, iu-  
 uari, suppleri, corrigi, non pugnat  
 immutabilitati iuris nature. Sic in  
 rationabili causa, ratio hoc ip-  
 sum munus exercebit, & ratio  
 maior & efficacior, aliam supe-  
 rabit. Exemplum sit, ius naturale  
 suadet relinqui filius legitimam<sup>a</sup>, *a l. scripto, unde lib. in P. l. cū ratio, de bon. damnat. in P.*  
 considera ibi ius nature ratione  
 officij paterni, & obsequij filij,  
 ibiq; statum constitue decisionis:  
 cui si opponatur, filium ea priua-  
 ri propter ingratitudinem<sup>b</sup>: iam *b §. aliud quo- que capitulum, & §. causas, re cum de appell. cognoscit auct.*  
 vides statum variari, & alteratam  
 naturam filij ob ingratitudinem.  
 Et ita non competere ei iuris na-  
 ture decisionem, & peiorem ex-  
 traneo, qui eadem natura dictan-  
 te, ad remunerationem benefi-  
 ciorum acceptorum tenetur<sup>c</sup>. *c l. sed & si le- ge §. consuluit, de petit. hered.*  
 Hic autem filius non rependens  
 beneficia à patre accepta, & rur-  
 sum



sum pro retributione mala inferens, indignus, ipso eodem iure dictante, beneficio filij, quia filiationem facto repudiat. In alimentis id ipsum statue, vt priuetur ingratus his<sup>a</sup>: Quia filio tantum natura dari voluit, hic autem se eo nomine indignum facit<sup>b</sup>. Aliud proponatur: regula est iuris, iure naturæ æquum non esse, cum

<sup>a</sup> l. si quis à liberis §. idem index, de libe. agn.

<sup>b</sup> §. 1. de iur. natur. l. 1. §. fin. de iust. & iur.

<sup>c</sup> l. nam hoc natura, de condit. indeb. l. iure natura, de reg. iur.

<sup>d</sup> l. de usufructu in P.

<sup>e</sup> cap. vigilanti, de prescript.

alterius iactura locupletari<sup>c</sup>. Obijce vsucapionem, qua quis aliena sibi præscribit: pugnare videtur, sed nullo modo, si consideres & iacturam non esse eius qui res contemnit, & ita steriles reddit contra institutum naturæ<sup>d</sup>: si consideres, desides indè fieri diligentes<sup>e</sup>. Et sic in similibus iudicia, in quibus videbis, mutato vel alterato subiecto, cui ius latum & datum est, & ius quidem alterari & mutari, alia naturali & potentio

sentiori ratione. Et sic, vt ait Achilles apud Euripidem <sup>a</sup>, <sup>a Euripides in Iphigenia actum 4 vers. 112.</sup>  
 ἂλλ' οἱ λόγοι καὶ ἀπ' ἀλάεινσι λόγοις,  
 id est, rationes rationibus antiquantur vel superantur.

## De iure positiuo.

### Cap. 7.

- 1 *Discrimen inter ius naturale & positiuum ex Demosthene.*
- 2 *Positui successio ex naturali & ratione & vi.*
- 3 *Quare leges scripte positivae.*
- 4 *Leges cantabantur quare.*
- 5 *Legum multitudo vitiosa in Repub. & de breuitate illarum praecleara, & in quibus essent olim scriptae.*
- 6 *Positui iuris prior ratio, ostendere facienda & fugienda.*
- 7 *Non omne permissum, approbatum est.*

Alia

8 *Alia ratio iuris positiui superioris agnitio.*

9 *Tertia coërtio audacia.*

10 *Quarta à necessitate.*

11 *Leges sine necessitate magna non sunt innouande.*

12 *Qui ius posituum constituunt, & eius species.*

13 *Iuris positui diuisio, in scriptum & non scriptum.*

14 *Item in publicum & priuatum, & quid ius singulare, & priuilegium.*

15 *Prærogatiue, priuilegiaq; varia.*

16 *De rescriptorum principalium differentia.*

17 *Relatio ad principem quid, & de quibus.*

18 *Rescripta ad lites, & ad beneficia que.*

19 *Rescriptorum regule obseruande, de eorum.*

20 *Vicia rescriptorum tria, obreptio, subre*

*subreptio, falsum, quæ.*

21 *Privilegiū quibus modis interit.*

22 *Regula examinandi privilegi.*



DEMOSTHENES <sup>a Demosthenes contra Aristonem.</sup>  
inter ius naturale &  
positium discrimen  
ponit, his verbis, ἀπὸς

ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ὡς ἄνδρες ἀθη-  
ναῖοι, καὶν μεγάλην πόλιν οἰκῶσι, καὶν  
μικρὰν, φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται.  
τῆτων δ' ἡ μὲν φύσις ἐστὶν ἀτακτον καὶ  
ἀνώμαλον, καὶ κατὰ ἄνδρα ἕκαστον  
ἴδιον τῷ ἔχοντος. οἱ δὲ νόμοι κοινὸν  
καὶ τεταγμένον ταυτὸ πάσιν, &c. id  
est, vniuersa vita mortalium, A-  
thenienses, siue magnam urbem  
incolant, siue paruum, natura &  
legibus regitur: ac natura quidē  
confusa & inæqualis est, & a na-  
turali cuiusque pendet ingenio:  
leges autem communes & ordi-  
natae sunt, & eodem vniuersis.  
Quod

Quod si prava natura fuerit, sæpe mala consilia molitur: quare tales facilè in delicta ruere liquet. Leges autem honesta, vtilia, æqua spectant, & ad ea referuntur, &c.

2 Iura naturalia potius infemina & cognata nobis videntur, ex his quæ diximus, sine determinatione aliqua, & sine legibus specialibus constituta tantum ratione, quæ ut bonus artifex in omni proposita materia artem suam boni & æqui adiungit. At quia plura sunt quæ animos rationalium creaturarum conturbant, obsident, & expugnant, ut propè omnes homines amentes sint, dum nimio sui amore, vel odio alterius, vel cupiditate rerum decipiuntur, & capiuntur: oportuit multis atque his iustissimis rationibus, præscribere leges, quæ pro

pro regula, pro linea, pro indice  
nobis positæ sunt; vt ait Theodo-  
retus<sup>a</sup>, quibus, illis quæ in ratio-  
ne naturali confusa sunt expla-  
natis, insanis & pessimis affe-  
ctibus agitati & obcæcati ad se  
redire cogantur: adiectis præmiis,  
bonis, & pœnis, malis<sup>b</sup>. Dixit &  
Dion Prusicus oratione de lege,  
gubernaculum, legem. Sicq; ad  
ius positium perueniendum fuit  
& ad leges positiuas, quæ vel im-  
perant, vel permittunt, vel pu-  
niunt<sup>c</sup>. Lex nihil aliud Ciceroni,  
quàm recta & à numine Dei tra-  
cta ratio, imperans honesta, pro-  
hibens contraria<sup>d</sup>. Et vt Philo-  
latius<sup>e</sup>, quæ iubeat agenda, vi-  
tanda prohibeat. Et cupiditates  
prius natæ sunt, quàm leges, vt  
ait Lælius Valerius apud Liviū<sup>f</sup>  
Et propter transgressionem lex  
posita<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> Theodor. lib.  
de virtute acti-  
ua, in curatione  
Græcorum affe-  
ctionum.

<sup>b</sup> l. 1. §. nam vt  
elegantè, de in-  
stituta & iur.

<sup>c</sup> Modest. in l.  
legis virtus l. 6.  
de leg. lib. 1. P.  
tit. 3. can. fin. 3.  
distinct.

<sup>d</sup> Cicero, Phi-  
lipp. 11.

<sup>e</sup> Philo Inda.  
lib. de præmiis  
& pœnis.

<sup>f</sup> Liviū lib. 4.  
decad. 4.

<sup>g</sup> Ad Galat. 3.  
can. fin. §. si. 23.  
quæst. 6. c. d. n. a.  
19. quæst. 3.

Imper

3 Imperant leges itaque pro-

a. *Cic. de legi.* posita, à legendo<sup>a</sup> vel delectu & quòd palam sint dictæ, quasi familiaria præcepta, quæ monerent itaqueque sui officij. Quare iussit Deus leges suas scribi, his ver-

b. *Deuter. cap. 10. & 6.* bis<sup>b</sup>, Ponite hæc mea verba, in cordibus & in auribus vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate: docete filios vestros, ut illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & assurrexeris, & accubueris, scribes ea super postes & ianuas domus tuæ, ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum,

c. *Iosue 1.* &c. Et apud Iosiam<sup>c</sup>, non recedet volumen huius legis ab ore tuo, sed meditaberis in eo, diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Meminit D. Hieronymus<sup>d</sup>.

d. *D. Hierony. in c. 23. Matth. ad verbum, dilatant philo- & via.*

Phari

harifæos, qui legem se melius  
ruare arbitrabantur, scripsisse  
calogum Mosis membranis,  
uas complicabant, & in fronte  
gabant, quasi coronam capiti  
acientes, vt semper præcepta  
ante oculos mouerentur. Et hoc  
psum, in hodiernum vsque diem  
facere Babylonios, Indos, & Per-  
sas: vt qui hoc habuerit, quasi re-  
ligiosus in populo iudicetur. Ius-  
sum, & in memoriam præcepto-  
rum, Iudæis à Deo, fimbrias hia-  
cinthinas in angulis palliorum  
deferre.

a Nam. cap. 19.

4 Et Romanorum iuuenes,  
assuescebant discendis logibus 12,  
tabularum cantando, vt illarum  
facilius reminiscerentur<sup>b</sup>. Et le-<sup>b</sup> Cicer. 2. de  
ges pleræque cantilenæ appellan-  
tur, quòd homines priusquam li-  
teras scirent, leges cantabant, vt<sup>c</sup> Aristot. pro-  
inquit Aristoteles<sup>c</sup>, ne eas obli-<sup>b</sup> lemat. scilicet.  
uioni<sup>c</sup> 19. q. 28.



uioni mandarent. Quod etiam Agathyrsis in more est. Sic enim facilius imperant leges quæ præsentem habent terrorem, illæ autem præsentis terror erit, dum leges à memoria obijciuntur agentibus vel cupientibus.

*a Isocrates in  
oratio. 10. qua  
Areopagit.*

§ Proinde cauendum, in instituendis rebus pl. à multiplici & inuoluta legū farragine: ne multitudo, obliuionis & cōtemptus sit causa. Multæ leges, inquit Isocrates <sup>a</sup>, & exquisitæ, argumentum sunt perperam administratæ ciuitatis: quòd qui opilationes peccatis faciant, multas fieri leges cogāt. Operæ pretium est autem, eos qui Reipublicæ benè præesse student, non implere porticus literis, sed animo iustitiam possidere: non enim decretis, sed moribus commodè gubernantur ciuitates. Malè educati quidem, exqui

exquisite etiam scriptas violare  
 leges audebunt. Liberaliter verò  
 instituti, in honestate legum per-  
 manfurunt. Et ex Platone Stra-  
 bo<sup>a</sup> dicebat, Quibus adfunt le-  
 ges plurimæ, & pœnæ plurimæ,  
 iis & vinēdi ritus deprauatos esse:  
 sicut, quibus plures adfunt medi-  
 ci, iis & ægritudines permultas  
 adesse, probabile est. Leges pau-  
 cas Vtapienses insulani habēt: &  
 apud populos improbant, quòd  
 legum & interpretum volumina  
 non sufficiant. Existimantq; ini-  
 quissimum his obligari legibus,  
 quæ aut numerosiores sunt, quàm  
 aut perlegi possint: aut obscurio-  
 res quàm à quouis possint intelli-  
 gi<sup>b</sup>. Commendat opus iuris ci-  
 uilis sua cura editum Iustinianus,  
 quòd ingentia & propè infinita  
 legum volumina circunciderit, &  
 reiectis superfluis, & similibus, &  
 k parer

<sup>a</sup> Strabo lib. 6.  
 Geogra.

<sup>b</sup> Thomas Mo-  
 rim lib. 2. Vtopi.

parergis, concisè iura & ordine  
 tradiderit<sup>a</sup>. Lex Solonis & illa,  
 ut de singulis negotiis vna lex es-  
 set, non plures: ne quando vulgus  
 indoctum, legum contrarietate  
 conturbaretur<sup>b</sup>. Plato<sup>c</sup> quoque  
 irridet eos, qui curiosius pro ne-  
 gotiis omnibus contingentibus,  
 & leges ferunt & emendant: sem-  
 per cōfidentes se finem aliquem  
 reperturos circa ea, quæ iniquè  
 in commerciis cōmittuntur: igno-  
 rantes, quòd reuera tanquam hy-  
 drae capita amputāt. Et arbitror,  
 inquit, conditorem legum, neque  
 in benè disposita, neque in benè  
 constituta ciuitate, curiosè tracta-  
 re debere. Breuissimæ, & decem  
 præceptis in duabus tabulis, leges  
 à Deo populo conclusæ<sup>d</sup>. Fuerūt  
 Romanis aliquando iura breuis-  
 sima, ex præscripto Romuli<sup>e</sup>, &  
 aliorum regum: postea suadente  
 Hermo

*a* §. omnes po-  
 poli, & sequent.

*in proæmio P.*

*l. 1. §. quibus, de*

*neno C. facinus*

*d. l. 1. de emen-*

*datio. C. Iustin.*

*l. 1. §. nulla, &*

*& l. 2. in princ.*

*de vete. iur. enu-*

*clet. C.*

*b Demosthenes.*

*πρὸς ἀποκρίσεις.*

*c Plato s. de*

*republic.*

*d* *Vt sup. dixi-*

*mus in fine iuris*

*diuini, & Exo-*

*cap. 34.*

*e Dionys. Ha-*

*licar. in 2. Plu-*

*tar. in vit. Rom.*

Hermodoro Ephesio<sup>a</sup>, vel eo in-<sup>a</sup> l. 2. §. 1. de  
 terprete<sup>b</sup> decemvitali opera, in<sup>b</sup> orig. iustis.  
 epitomen ex variis Græcorum<sup>c</sup> 14 cap. 5.  
 moribus & sancitis, redacta in  
 decem tabulas<sup>c</sup>, quibus additæ<sup>c</sup> Linus in 9.  
 deinceps dux ære incisæ<sup>d</sup>, omnes<sup>c</sup> Dionys. Halic.  
 12. tabularum dictæ, vt rei me-<sup>c</sup> lib. 10. & 11. Va-  
 moria esset constantior: & quan-<sup>c</sup> ler. Max. lib. 6.  
 tum consequi possent, Græcos, à<sup>c</sup> cap. 1. Eutrop. in  
 quibus sumpserant, & breuitate<sup>c</sup> 1. cap. 12. Idem  
 & modo scribendi imitarentur.<sup>c</sup> lib. de tempor.  
 Nam & Iulius Pollux, refert<sup>c</sup>, ta-<sup>c</sup> Plin. lib. de vi-  
 bellas illis fuisse æneas, quibus<sup>c</sup> ris illustrib. l. 2. 31.  
 insculptæ erant leges, sacrorum<sup>c</sup> Oros. lib. 2. c. 13.  
 & patriorum rituum. Aliasque<sup>c</sup> D. August. lib.  
 esse Cyrbes dictas, tabulas in-<sup>c</sup> 3. de ciuit. c. 17.  
 quam acuminatas triangulares,<sup>c</sup> Gellius lib. 7. c.  
 quibus leges scriptæ erant, vt<sup>c</sup> fin. & lib. 10. c.  
 Axones erant quadrata ænea, le-<sup>c</sup> 1. §. sed iam qui-  
 ges continentia: atque ideo Axo-<sup>c</sup> dem ciuile, de  
 nes & Cyrbes, Athenis in Areo-<sup>c</sup> iur. natur. apud  
 poli reseruatas: postea autem, vt<sup>c</sup> Iustin. l. 2 §. ex-  
 omnibus legum copia fieret, in<sup>c</sup> actis de in. re re-  
 gibus, de orig.  
 iur. in lib. 1. P.  
 titu. 1.  
 d Diodor. Si-  
 cul. lib. 12. Bibli-  
 & prox. citati.  
 e Iulius Pollux  
 lib. 8. anomaft.  
 ap. 4.

Prytaneum delatas, ubi suspensæ conspicuè erant, ut quilibet quid imperarent in promptu haberet. Unde & *κρύβεις* illæ tabulæ dictæ, *ἀπὸ τῆς κρυψέως*, quod recte starent atque sublimes, quod omnibus essent conspicuæ. Quibus fe-

a *Pausanias l. Atticar.*  
 b *Diog. Laërt. in l. c. Solone.*  
 c *Demosthen. contra Andros.*  
 d *Plutarch. in vitam Solon.*  
 e *Gellius lib. 2. cap. 22.*  
 f *Pindar.*

rè familia scribunt Pausanias<sup>a</sup>, Diogenes Laërtius<sup>b</sup>, Demosthenes<sup>c</sup>, Plutarchus<sup>d</sup>, Aulus Gellius<sup>e</sup>.

6 Hinc itaque ratio una iuris positiui, ita necessariò latum, ut hominum mentes, circa quas errores pendent innumeri, ut ait Pindarus<sup>f</sup>, à prudentioribus facienda fugiendave per leges differerent: inde leges canones, regulæ dictæ<sup>g</sup>, eoque pertinet prior pars finitionis legis Papiniani<sup>h</sup>. Lex, inquit, est, commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum quæ spontè vel

g *can. canon, can. regula, 2. distinct.*  
 h *Papin. in l. 1. de legib. lib. 1. P. m. 2.*

vel ignorantia cōtrahuntur cōt-  
 ctio, communis reipublicæ spon-  
 sio: adde & legem, indicare pec-  
 catum<sup>a</sup>. Permissa quædam ex-  
 pressè, quædam tacitè in legibus  
 sunt: & ea generaliter permissa,  
 quæ speciali nota non prohiben-  
 tur aliquo iure<sup>b</sup>: expressè autem,  
 quæ alioquin videbantur dubia  
 & prohibita<sup>c</sup>, vel causa legitima  
 gratiæ adiecta.

<sup>a</sup> cap. nam con-  
 cupiscentiam, de  
 constitutio. ad  
 Rom. cap. 7.

<sup>b</sup> can. hac ra-  
 tione, 31. q. 2.

<sup>c</sup> Vt can. quæ-  
 dam, 35. q. 1.

7 Permittunt & leges. quæ-  
 dam, quæ per se mala sunt, ve-  
 rùm habita ratione vel relatione  
 ad aliud maius malum vitādum;  
 vel quia illa mala permissa peni-  
 tus adhuc extrudi non possunt,  
 aliquo modo feruntur<sup>d</sup>. Tole-  
 rantur autem, nō approbantur  
 ut cū Deus permittit Zizaniā  
 crescere, nec vult euelli; nec  
 his euellatur quoque tritica  
 sine approbatione tamen conti-  
 netur.

<sup>d</sup> Vt in can. de  
 iure, 4. dist. c. 2.  
 si quod verum,  
 33. q. 2. c. signifi-  
 cat, qui clericus  
 vel monachus.

<sup>e</sup> d. can. hac  
 ratione, 31. q. 2.

<sup>f</sup> cap. cum iam do-  
 dum de præben-  
 dis, 2. q. 1. c. 12.

k ;

netur.

netur. Per leges, hominum varia voluntas, veluti communi vinculo, constricta: cum alioquin sit hominum naturalis ad dissentiendum facilitas<sup>a</sup>. Et,

<sup>a</sup> *Ulpian. l. item si unus, l. 19. §. principaliter, de recip. art. lib. 4. P. tit. 1. l. quia preerat, ad Trebelli. in P. l. 1. de libert. minuat. P. b* *Perfui, Sat. 1.*

*Mille hominum species, & rerum discolor & sus:*

*Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno<sup>b</sup>.*

8 Huic rationi, causa iuris positiui, alia potest iungi affinis, ut agnoscamus impositum semper quendam nobis superiorem, nosq; fragiles esse ad errandum, ex eo quòd legem nobis alius dare possit: Constitue, inquit Dauid<sup>c</sup>, Domine legislatorem super eos, ut sciât gentes quoniam homines sunt. Et homine in sua perfectione constituto, Deus ei unicam legem, in signum principatus, imperij, & potestatis, constituit<sup>d</sup>.

<sup>c</sup> *Psal. 9.*

<sup>d</sup> *Genes. 1. 2.*

Tertia,

9 Tertia, vt metu legum, humana coërceatur audacia, & tota fit, metu poenarum, inter improbos innocentia<sup>a</sup>. Et in summa, intra ad vtilitatem potissimum hominū inuenta & cōstituta sunt<sup>b</sup>. Et, vt ait Ennius<sup>c</sup>,

<sup>a</sup> can. 1. 2. & can. facta sunt autem leges, 4. distinct. can. non vos, 23. q. 5. ad Rom. cap. 7.

*Melius est virtute iuram sepe  
virtutem mali*

<sup>b</sup> l. 2. de statu homin. in P.

<sup>c</sup> Ennius, ex

*Nanciscuntur ius atque equum, Hectoris lustria.  
se à mali spernit (id est se-  
parat) procul.*

10 Quarta, expedit esse quosdam qui iura naturalia positione quadam temperent, & præscribant, & varient: vt salua societas humana, & ciuilis esse possit. Et enim vnum corpus faciunt societates hominum<sup>d</sup>: & idcirco, vt in corporis egritudinibus, eadem ars medicinx, idem medicus, secundum diuersas qualitates & symptomata, pharmaca miscet

<sup>d</sup> l. 1. § quibus, quod cuiusque vnivers. nom. in P. Dionys. Halicarnassens, de secessionē agis populi in Agrippa apolo. lib. 6. antiq. Rom.



& temperat, neque eundem morbum, simili per omnia medicina, in diuersis corporibus curat, neque in eodem morbo. & corpore eodem pharmaco, omni tempore in diuerso robore, & diuersa ætate vtitur. Sic etiam legislator princeps, vel alius, qui præponitur regimini, ex eadem arte & officina vna æqui & boni, omnibus rebus publicis, vel priuatis omni tempore similes leges vel easdem non fert: sed habita ratione loci, temporis, causarum, personarum, sancit, mutat, innovat, tollit<sup>a</sup>, secundum præsentem statum, & habita ratione futuri: ita vt leges posteriores prioribus derogent, vel priores ad sequentes trahantur<sup>b</sup>: & ad naturæ varietatem, quæ continuo motu agitatur, leges accommodet<sup>c</sup>.

11. Dum modo in rebus nouis

<sup>a</sup> can. non debet cap. 2. de consang. & affinit. lib. 4. decret. tit. 44. c. 2. in proar. decretal.  
<sup>b</sup> l. nup est novum l. 25. cum duab. sequen. de legib. in P.  
<sup>c</sup> §. 4. vt autem lex, de non alienand. reb. eccles. fassit. in amb.

s constituendis euident sit utili-  
 s, antequam recedatur ab eo  
 re quod diu æquum visum est <sup>a</sup>. *a Vlpian. in l. in nouis l. 2. de constitutio. prius. lib. 1. P. sit. 4.*  
 loc & monuit Senatum Octo-  
 ianus Cæsar <sup>b</sup>, apud eum dicens, *b Dion. Cass. lib. 53. histor. Roman.*  
 Primùm igitur, inquit, leges fir-  
 miter retinete, neque quicquam  
 in his inmutate: Namque eadem  
 semper manet, etiã si non nihil  
 sunt vitiosa, utiliora tamen sunt  
 his, quæ subinde, etiã si in me-  
 lius, innouantur. Sic rectè Aristo-  
 teles docet quasdam leges & ali-  
 quando esse mutandas: Alio autem  
 modo considerationibus, ca-  
 uendũ esse maximè. Cum enim,  
 inquit <sup>c</sup>, utilitatis quidem acces- *c l. Aristotel. lib. 2. Polit. t. 7.*  
 sio parua sit, assuescere verò fa-  
 cilius leges mutare improban-  
 dum: constat errata quasdam esse  
 toleranda <sup>d</sup>, & legumlatorum *d. Facit. Vesp. cum iudicatum de prabend.*  
 & magistratuum. Non enim tan-  
 tum proderit qui corrigere per-  
 get,

get, quantum nocebit assuefactio  
superioribus non parendi. Addit,  
nec lex ullam vim habet, vt ipse  
pareatur, nisi ex more: mos autē  
non fit, nisi temporis longitudi-  
ne. Quare faciliē mutare leges ex  
præsentibus in alias novas, infir-  
mam facere est vim legis.

12 Porro hoc ius positium,  
sancitur & stabilitur: vel ab iis,  
qui præsunt rebus spiritualibus &  
sacris: vel ab iis, qui temporali-  
bus & profanis adsunt: vel à ciui-  
bus ipsis, & vrentium placitis. Pri-  
mum, dicitur pontificium ius: al-  
terum, regum, principum, & im-  
peratorum<sup>a</sup>: tertium, ciuile pro-  
priè. Duo prima generaliora sunt  
quàm tertium: etenim latius im-  
perant, quàm ciuitati vni, nempe  
omnibus subditis<sup>b</sup>. Quare illa;  
communia & generalia dicuntur:  
hoc autem, speciale & proprium  
cuiusq;

<sup>a</sup> Glos. in pro-  
prio decretal.  
in verbo iuris.

<sup>b</sup> & leges vbi ge-  
nerales, & leges  
sacratissime, &  
de legib.

cuiusque ciuitatis <sup>a</sup>: cum additur <sup>a</sup> §. quod verò,  
 vel detrahatur aliquid iuri com- <sup>de iure natur.</sup>  
 muni <sup>b</sup>, cuius generis sunt iura <sup>Caius l. omnes</sup>  
 municipalia. Monendi tamē sunt <sup>populi, l. 9. de</sup>  
 iuuenes, ius ciuile Romanorum <sup>inst. & in. in P.</sup>  
 latius, quàm propriè ciuile dica- <sup>b. Vlpia. in l.</sup>  
 tur, patere: nempe quòd compo- <sup>ius ciuile est, l.</sup>  
 situm <sup>c</sup> legibus, plebiscitis, sena- <sup>o. de inst. & in.</sup>  
 tusconsultis, decretis principum, <sup>P. hanc diuisionem & finitionem iuris probat Aristot. lib. 1. Ethicor. ad Theod. cap. 10.</sup>  
 auctoritate prudentum, & com- <sup>c Papinia. in l.</sup>  
 mune dici posset potius, quàm ci- <sup>ius autē ciuile, l.</sup>  
 uile: quia placuit principibus & <sup>7. de inst. & iur.</sup>  
 imperatoribus, omnes nationes <sup>d l. 1. §. sed &</sup>  
 subiectas Romano imperio, illis <sup>fi qua leges, de</sup>  
 vt legibus, quibus ciuitas Roma- <sup>uere, iur. enuel.</sup>  
 na erat moderata <sup>d</sup>, cū caput <sup>C. l. de quibus de</sup>  
 orbis censeatur <sup>e</sup>. Vnde ciuile ius <sup>legib. in P.</sup>  
 Romanorum, propriè ciuile, ra- <sup>e Vlpia. in l. in</sup>  
 tione eius ciuitatis, quæ eo vtitur: <sup>orbe Romano, l.</sup>  
 & commune, per extensionem <sup>17. de statu hom.</sup>  
 quoque & propter imperatorum <sup>lib. 1. P. tit. 5. l.</sup>  
 sanctionem, approbationem, & <sup>Roma, ad muni-</sup>  
 auctoritatem. <sup>cipal. l. bona ci-</sup>  
<sup>uitatis, l. om-</sup>  
<sup>ni vestigal, de</sup>  
<sup>verb. signif. An-</sup>  
<sup>thenaus lib. 1.</sup>  
<sup>dipnos. cap. 10.</sup>

Rur

13 Rursum, hæc iura omnia aut scripta sunt, aut sine scriptura, moribus, & consuetudine v-  
furpantur. Sic dicimus generale  
ius regni, & generalem consue-  
tudinem regni. Quæ ex sequen-  
tibus capitulis erunt notiora.

14 Ex quibus & alia fit diui-  
sio iuris, substantia tamen supe-  
riori similis: vt aliud publicum,

*a l. 1. §. huius studij, de iust. & iur. in P. §. hu-  
ius studij, eod. apud Iustitia.* aliud priuatum<sup>a</sup>. Publicum, ad  
statum rei communis pertinet, id  
est, omnibus subditis imponitur,  
& ab omnibus iis seruari debet

*b l. iurisperi-  
ritos §. fin. & l.  
amicissimos §. fi.  
de excusat. iur.* communiter<sup>b</sup>, illudq; ex verbis  
constitutionis dignoscitur, vt si  
dicatur lex generalis, edictum  
perpetuum, si in eo iubetur ad  
omnes pertinere, ab omnibus ser-

*c glo. in can. vt  
circa, in verbo,  
perpetuo, de ele-  
ctio. in c. l. 3. &  
ibi Bald. de le-  
gib. C.* uari<sup>c</sup>: sicut priuata lex dignosci-  
tur quoque, si in ea sit verbum,  
concedimus, donamus, dispensa-  
mus, vel aliud quod exprimat iu-  
ris

ris communis gratiam <sup>a</sup>. Priua- <sup>a</sup> *Felint. in cū. num. 15. de con-*  
 tum ius, quod publicum non est, <sup>stitutio.</sup>  
 sed certorum locorum, vel per-  
 sonarum certarum: quales sunt  
 consuetudines <sup>b</sup>, statuta municipi- <sup>b</sup> *de quibus in tit. de consuet. l. de quibus, de legib. l. omnes po-*  
 palia, collegiorum & vniuersita- <sup>puli, de inst. c. iur.</sup>  
 tum sancita, & capitulorum, quæ  
 inter consentientes valent, iure  
 leges priuatæ <sup>c</sup>. Tales & Episcopo- <sup>c</sup> *ceterum access-*  
 rorum leges in diocœsi illo- <sup>fissent, de consi.</sup>  
 rum <sup>d</sup>. Synodi prouinciales, in <sup>d</sup> *c. 1. de loca. cap. 2. eod.*  
 prouincia <sup>e</sup>: nisi in synodis vni- <sup>e</sup> *can. 1. c. fin. 16. distinct.*  
 uersalibus extendantur, vt fa-  
 ctum in pluribus, vt inuenies  
 passim apud Isidorum, in colla- <sup>f</sup> *l. 2. de off. pref. præs. o-*  
 tione conciliorum. Tale ius sin- <sup>rient. c. Illyri.</sup>  
 gulare & prouinciale, conditum <sup>g</sup> *l. non ambi-*  
 à præfectis prouinciæ vel vrbiū, <sup>gitur, c. l. nam</sup>  
 si non aduersetur legibus vniuer- <sup>imperator, l. 38. de legib. l. vni.</sup>  
 salibus <sup>f</sup>. Sunt & priuatæ leges, <sup>de Senatsc. C.</sup>  
 iudiciâ senatus <sup>h</sup>, sed quæ non tra- <sup>l. cum de con-</sup>  
 huntur, nisi per omnia similibus <sup>suetudinib. l. 23. de legib. in P.</sup>  
 negotiis existentibus, in conse- <sup>cum similib.</sup>  
 quen

*a l. memo. C. de senten. & interlocut. omni. iudic.* **quantiam<sup>a</sup>. Inter leges priuatas,**  
*b l. i. §. si conueniat, de pos. in P. l. legem quam dixisti. C. de pa-* **& conuentiones sunt; seu legiti-**  
*Etis. l. legem quā rebus, C. de don.* **ma<sup>a</sup> pactiones, quæ legem dicun-**  
*c Paul. in l. ius singulare, l. 1. de legib. in P.* **tur dare contrahentibus<sup>b</sup>. Est &**  
*d Iulian. l. in ius quæ contra, l. 4. eod. tit.* **ius singulare, quod contra teno-**  
*e Paul. l. quod verò, l. 1. eod. Vipia. l. 3. §. plane, de const. tut. prin. lib. 1. P. tit. 4. §. sed & quod principi, versic. planè, de in. nat. gē. & cin. l. quia tale, §. in. m. tri. P. l. privilegia, de regn. iur. f. can. privilegia, 13. dist. g. Cicer. pro do. mo sua. h. Cic. de legib. i. Ant. Gai. lib. 1. cap. 20.* **rem rationis, scilicet generalis,**  
**propter aliquam vtilitatem, au-**  
**thoritate cōstituentium, interdu-**  
**ctum est<sup>c</sup>. In quo non possumus**  
**sequi regulam iuris<sup>d</sup>, scilicet cō-**  
**munis, nec ex eo consequentia**  
**fit<sup>e</sup>. Istud ius, priuilegium alio**  
**modo dicitur<sup>f</sup>. Sicq; Cicero<sup>g</sup>**  
**explicat, Vetant, inquit, leges sa-**  
**cratæ, vetant 12. tabulæ, leges**  
**priuatis hominibus irrogari, id**  
**est enim priuilegium. Et iterum<sup>h</sup>,**  
**in priuatos homines leges fieri**  
**notuerunt, id est enim priuilegiū.**  
**Gellius<sup>i</sup> ex Arceio Capitone pu-**  
**blici priuatiq; iuris peritissimo,**  
**tradit legem esse, generale ius-**  
**sum populi, aut plebis, rogante**  
**magi**

magistratu. Atque non sunt generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta, priuilegia potius vocari debere: quia veteres prima dixerunt, quæ nos singula dicimus. Singulari autem iure fiunt: indulta, aut quodam fauore, aut clementia, vel rebus, vel personis<sup>a</sup>, vel in indiuiduo, vel certæ speciei rerum & personarum concessa, vel competentia, aut à legibus<sup>b</sup>, aut re scriptis principum, absque damno aliorum & iuris alterius<sup>c</sup>, remanente illæso ex diametro iure publico<sup>d</sup>: concessa & à consuetudine, de qua postea Deo fauente. Ea priuilegia generalia, aut specialia. Rebus concessæ immunitates, priuilegia sunt<sup>e</sup>. Sunt & generalibus negotiorum, vt testamentorum, contractuum, iudiciorum regulis, quædam singularia

<sup>a</sup> cap. abbate, de verb. signific.

<sup>b</sup> Vi. tit. de priuileg. credito. de priuileg. ff. de re.

<sup>c</sup> de minor. 25 an. l. 1. §. fin. de

<sup>d</sup> constit. prin. in P. l. 2. §. si quid à principe, & §.

merito, ne quid in loc. pub. in P.

<sup>e</sup> l. nec anus, C. de emancip. libero.

l. scripta, C. de pract. impo. off.

<sup>d</sup> l. fin. & ibi glof. ff. con. ius vel viil. publ. §.

<sup>e</sup> Vi in rub. de non alienan. ant

perm. reb. eccles. in auth. & ap. Gregor.



gularia quoque excepta, quæ priuilegij instar sunt: quæ ex tractatione cuiusque licet facili<sup>a</sup>, quam hunc in locū traducantur, venari.

15 Sunt & permulta occur-

rentia exempla priuilegiorū personarum, quæ & prærogatiuæ dici possunt, in principibus: vt quod possint iura condere<sup>a</sup>, soluti sint legibus<sup>b</sup>, & in summa plenitudinem habent in subditos & eorum bona potestatis<sup>c</sup>: qua tamē ab utroque non debent in eorum perniciem<sup>d</sup>, ne ex pastoribus fiant lupi rapaces, & ex patribus, hostes. Subditis alia propè infinita legibus conceduntur, minoribus, mulieribus, senibus, ordine insignitis: minoribus restitutiones dantur, si donauerint<sup>e</sup>, si indebitè soluerint, aut aliter inconsulta facilitate decipiātur<sup>f</sup>, in consuetudinibus gerendis<sup>g</sup>, vel in rebus

regle

a l. ult. in fine C. de legib.

b l. princeps, de legib. in P.

c l. bene à Zennone, de quadr. præscrip. C. l. Lu-

cius de enictio.

d l. de precatio, l. 9. ad l. rhod.

de iac. lib. 14. P. tit. 2.

e l. cum plures §. cum tutor, de admin. tutor. in

P. tit. si aduers. donat.

f tit. de filiis fa. minorum C. l. mi-

noribus l. 4. & l. 1. cum fini-

de minor. 25. an. lib. 4. tit. 4.

g tit. si aduersus donat. trans-

actio. vend. & t.

neglectis, non possidendo<sup>a</sup>, non a l. 1. C. si aduer.  
adeundo intra tēpus legitimū<sup>b</sup>, usucap. l. fin. in  
non soluendo vectigal<sup>c</sup>, & sic de quib. cau. restit.  
similibus. Mulieres iuuat Velleia- in integ. non est  
num senatusconsultum, & extant necessaria.  
proprii rituli. Senes autem priui- b tit. si vt omis-  
legia plura, in excusationibus mu- sum haredit. C.  
nerum personalium<sup>d</sup>, tutela, mi- c l. si ex causa,  
liria, & similibus, habent. Plura § si in cōmissum,  
priuilegia ordinis clericorum, im- de minor. in P.  
munitas à fordidis muneribus<sup>e</sup>, d l. manifesti,  
tutelis<sup>f</sup>, priuilegium fori<sup>g</sup>, & alia C. qui et a se ex-  
quæ referuntur in can. si quis sua- cusa. lib. 10. C. l.  
dente diabolo, 17. q. 2. in c. fin. de 2. C. de excu tut.  
relig. domib. Sunt & ordinis mi- e l. 1. & 2. de  
litaris alia priuilegia, vt circa te- Episc. & cler. l.  
stamenta<sup>h</sup>, in ignorantia iuris placet de sacro-  
excusanda<sup>i</sup>, alia & vberiora ve- sanct. accl. C.  
teranis indulta<sup>k</sup>, & Palatinis<sup>l</sup>: f l. presbyteras,  
alia aliis dantur, ratione magi- C. de epis. & cle.  
stratus, quæ gerunt<sup>m</sup>. Omitto pri- g l. si quis in  
uilegia, constribendo, eo.  
C. l. si quis, C. de  
pact. c. si diligē.  
de fir. compen.  
h ti. de milit. test.  
i l. 2. si quis in  
ius voc. non ier.  
l. scimus, de iur.  
delib. l. milites,  
da milit. test.  
k l. 1. de veter. lib. 12. C.  
l. tit. de pala. sac. largi-  
l. 12. C.  
m vt l. 2. de in ius voc. in P. l. 3. & r. de eo quod met. cau.

a *l. 4. de in  
ius voc. tot. tit.  
de patr. pot. de  
alend. lib.*

uilegia, quæ ratione naturæ conceduntur parentibus in liberos<sup>a</sup>: ratione potestatis in libertos & seruos, patronis & dominis. Hæc enim omnia ex propriis locis colligenda sunt, cum hîc tantum indicare propositû sit, esse priuilegia, quæ præter iuris communem ordinem, à iure ipso vel à principe vel consuetudine, recta & singulari ratione cōceduntur: quæ me demonstrasse iam arbitror, vt latius fimbrias non opus sit producere.

16 Rescripta etiam, vt plerunque principum, quædam sunt à iure ciuili communi aliena: accipitur tamen rescriptum generaliter, pro diplomatibus seu codicillis, qui à sede apostolica, vel à principe mittuntur, & rescribuntur: ad consultationem, vel preces priuatorum. Ea q; triplicis ordinis,

dinis, vel ad beneficia, vel ad li-  
 tes, vel ad alia negotia. Oritur au-  
 tem ius ex rescripto principis, se-  
 cundum relationem vel suppli-  
 cationem ei factam, vel publicū,  
 vel priuatum. Si de re communi,  
 & quæ omnes tangat, consulatur  
 princeps, & is generaliter rescri-  
 bat, ius cōmune fit ex rescripto <sup>a</sup>. *a l. 2. C. de le-*  
 cuius generis sunt infinita prop- <sup>gib. l. diuus Mar-</sup>  
 responsa iuris pontificij, & in iu- <sup>cus, de offic. pref-</sup>  
 re ciuili quædam. Si specialis re-  
 latio sit, ius priuatum oritur ex  
 rescripto <sup>b</sup>.

17 Relatio est, iudicis dubi- <sup>b d. l. 2. de</sup>  
 tantis de iure ad principem missa <sup>leg. C.</sup>  
 consultatio: fit enim, non de du- <sup>c l. 1. de rela. C.</sup>  
 bio facti, sed de dubio iuris: quæ <sup>d l. cum quem</sup>  
 ideo, si alia de causa fit, rejicitur: <sup>temerè §. 1. de</sup>  
 veluti si fiat à iudicibus, vel metu <sup>indic. P.</sup>  
 litigantium, vel metu ne odium <sup>e §. 1. vt indic.</sup>  
 illorum incurrant, vel vt se exo- <sup>de cate non ex-</sup>  
 nerent negotij magnitudine <sup>per. sac. insio.</sup>  
<sup>c coll. 9. facit l. 2.</sup>  
 in fin. C. de legi-

I 2 Per

Per rescriptum etiam precibus  
*a titu. de pre. imp. offer. c.* supplicationis respondetur <sup>a</sup>.

18 De rescriptis ad lites, & ad  
 beneficia, frequēs occurret men-  
*b in Clemen. 1. & tot. tit. de re- scrip. in c. 1. eod. apud Gregor. 1. sape, de offic. pra sed. cum similit.* tio <sup>b</sup>. Ad lites sunt in Gallia co-  
 dicilli, qui ex officina æquitatis  
 regia, seu cancellaria manant,  
 quos dicunt, literas cōmittimus,  
 seu attributivas iurisdictionis: sūt  
 & literæ dispensatiuæ, appellato-  
 riæ, & similes. Ad beneficia, à  
 summo pontifice plura priuatis  
 dantur rescripta: nempe ad be-  
 neficia acquirenda, retinenda,  
 conseruanda, signaturæ, perinde  
 valere, dispensationes, & similia,  
 de quibus agimus in beneficiis.  
 Sunt & alia temporalia, princi-  
 pum rescriptis concessa benefi-  
*c l. 1. §. fin. de consis. princ. l. beneficium, eod. §. sed & quod princip. de iur. natur.* cia, indulgendo præter legem <sup>c</sup>,  
 concedendo, permittendo, abo-  
 lendo, vt titulo de abolitionibus.

19 Breuiter autem in rescri-  
 ptis,

ptis, substantialia hæc obseruo.  
 Primò solita in rescriptis inferi,  
 haberi pro expressis <sup>a</sup>. Quod si <sup>a</sup> *Panor. in c.*  
 quedam præter morem solitum <sup>mandatum, de</sup>  
 adijciantur, debent ea, & illi qui <sup>rescript.</sup>  
 impetrarunt, ad principem re-  
 mitti <sup>b</sup>. Secundò in omnia re- <sup>b</sup> *c. 2. in fin. eo.*  
 scriptis, originalia insinuanda iu-  
 dicibus sunt, non exempla <sup>c</sup>. Ter- <sup>c</sup> *l. sancimus,*  
 tiò facta vt dicunt latinitas, id est, <sup>de diuers. resc. c.</sup>  
 improba in sermone locutio, aut  
 solœcismus vitiat rescriptum <sup>d</sup>. <sup>d</sup> *c. ad audien-*  
 Quartò speciale mandatum, vel <sup>rescript.</sup>  
 rescriptum generali derogat <sup>e</sup>. <sup>e</sup> *c. 1. de rescrip.*  
 Quintò priuilegium speciale a- <sup>ubi glos. fin. vi-</sup>  
 liud, prius præcedenti non dero- <sup>denda, quæ ibi</sup>  
 gat, nisi singulariter eius memi- <sup>hæc dissentit.</sup>  
 nerit <sup>f</sup>. Sextò pluribus rescriptis <sup>f</sup> *c. de veniens,*  
 de eodem beneficio, ab eodem <sup>de prescrip.</sup>  
 principe proficiscentibus & con- <sup>g</sup> *c. eam te, &*  
 cessis, prior in data seu concessio- <sup>c. constituta, de</sup>  
 ne præfertur <sup>h</sup>: interdum tamen <sup>rescrip. c. si ali-</sup>  
 præsentatio rescripti seu litera- <sup>quando, de sent.</sup>  
 rum, <sup>excom. cap. cate-</sup>  
 rum, <sup>rum de rescript.</sup>

*a. c. capitulum sanctae crucis, de refer. c. dilectum in 2. de prob. b. c. 2. de veritat. l. fin. c. de dunt. rescript. c. l. rescripta, l. nec damno, de pra. in p. offer. C. l. fin. si con. im vel utilit. publ. C. d. l. 1. §. si quid sentur concessa d. Decimò vitio- a principe, ne quid in lo. pub. l. 1. §. sunt catē, ne quid in fin. publ. l. nec ante, de adopt. in p. c. canullus in- xitū, c. l. dist. c. sum. creditura, de celeb. missa. f. ut apud Vlp. in l. si autem l. s. §. 1. de negot. gest. l. si quis ob- rescribit, ad l. cor. de fals. p. expli- cat. glo. in l. si d. c. si §. patronum de in ius voc.*

rum, ius potius dat<sup>a</sup>. Septimò in rescripto omni, clausula vel ponitur, vel suppletur: si preces veritate nitantur<sup>b</sup>. Octavò re- scripta contra ius elicita, censen- tur per importunitatem impe- trata: ideo non debent recipi à iudicibus<sup>c</sup>. Nonò rescripta in detrimentum alterius non cen- sentur concessa<sup>d</sup>. Decimò vitio- sa in summa rescripta, reijcien- da sunt.

20 Porro, vitia tria capitalia in rescriptis: obreptio, & subre- ptio, & falsum. Obreptio, est la- tens ingressus<sup>e</sup>: ideo per obre- ptionem impetrasse dicitur, qui mendacium precibus tacēdo in- uoluit<sup>f</sup>. Mendacium duplex ibi inseri potest, vel in narratione iuris, vel facti: in expressione eius quod non est, & tacendo id quod est, quodq; expressum, remorari posset

posset rescripti concessionem <sup>a</sup>. a l. si con. ius vel ius. pub. facit l. cum veri. q. subuentu de fideicom. liber. in p. cap. super linteris, de rescrip.  
 Subreptio dicitur, quando præcipitato, vel aliter intercepto & circumueto principe, aliquid adiectum est rescripto, præter conscientiam, & explicitam voluntatem rescribentis <sup>b</sup>. Falsum autem b vt in c. cum dilecta, de rescrip. sua nobis, de offic. vicar. c l. quid sit falsum, ad l. cor. de fals. in P.  
 committitur, dum alius libellus pro vero subijcitur, vel verus immutatur <sup>c</sup>: vel si dolo malo, c l. quid sit falsum, ad l. cor. de fals. in P.  
 exemplum transcriptum sit <sup>d</sup>. Modi autem alij, quibus falsum admitteri in rescriptis pontificalibus possit <sup>e</sup>, & poenæ <sup>f</sup>, iure pontificio expressè continentur. d l. nec exemplum, C. de fals. in c. licet, de crim. fals. f in c. ad falsarium, eod.

21 Priuilegia omnia amitti solent, ex causis quæ compendiosè traduntur duobus versiculis,

*Paupertas, odium, vitium, fauor,*

*& scelus, ordo,*

*Personas spoliant, & loca iure suo.*

g qua omnia probantur in glos. in can. reuocantes, &c.

Et his annumeratur, interitus distin.



a §. deinceps, personarum vel rerum. Et si no-  
 de nupt. in auth. cium esse cœperit priuilegium  
 b c. suggestum, concessum<sup>b</sup>, si non vsi fuerint,  
 de decim. quibus licuit<sup>c</sup>.  
 c cap. si de ter-  
 ra, & cap. acce-  
 dentibus, de pri-  
 uileg. ap. Grego.  
 l. i. C. de nundi.

22 Regula postrema erit, in  
 priuilegiis non esse sequendam  
 iuris communis rationem<sup>d</sup>: quia  
 omne priuilegium, vel cōtra, vel  
 præter iuris regulas est<sup>e</sup>.

d l. in his qua  
 contra, de legib.  
 in P. l. in testa-  
 mento militari,  
 & l. tribunus,  
 de testa. mili. P.  
 e l. in singula-  
 rit, de legi. in P.

## De iure Pontificio seu canonico. Cap. 8.

- 1 *Ius canonicum seu Pontificiū,  
 quid, & unde conflatum.*
- 2 *Nomina eius, & rationes.*
- 3 *Canon quid.*
- 4 *Decretalis quid, & decretum,  
 constitutioq<sup>3</sup>.*
- 5 *Pontificum antiqua iuris con-  
 dendi facultas.*
- 6 *Pontificum potestas in iure red-  
 dundo, & qua fori eorū erant.*

*Hereti.*

- 7 *Hæretici leges Pontificias negantes, & bonarum artium studia.*
- 8 *Diuisio iuris Pontificij prima in scriptum & non scriptum, & de regulis cancellaria Romanæ.*
- 9 *Pragmatica sanctio quid, & quando.*
- 10 *Concordata Gallica & Pontificia quid.*
- 11 *Ius Pontificium non scriptum.*
- 12 *Secunda diuisio iuris Pontificij, in commune & statutorum, & quid corpus iuris communis, quorūq; volumina habeat, & quando edita, & de decretorum editione & auctoritate plura.*
- 13 *Glossatores decretorum, & de Ioanne Semeca.*
- 14 *Decretales unde, & quando editæ.*

- 15 De sexto decretalium & Bonifacio Pontif. Max. & discordia eius cum Philippo Gall. rege.
- 16 Clementinarum liber quando.
- 17 Extraneos quid.
- 18 Ius singulare quid Pontificium.
- 19 Num decretalis preferatur canoni.
- 20 Iure Pontificio expresso deficiente, quo ordine iuris alterius & doctorum autoritas, admittenda.



**U**s Pontificium seu canonicum est, ius positium, quod ab antistibus seu Pontificibus ecclesiae catholicae, constitutum vel approbatum est. Conflatum, cum ex sacrae paginae praec<sup>a</sup>ptis<sup>a</sup>, tum ex decretis conciliorum sacrorum generalium, & parti

<sup>a</sup> cap. qualiter,  
& quando, in 2.  
de accusat.

particularium; tùm etiam ex re-  
scriptis & epistolis summorum  
Pontificum, scriptisq; sanctorum  
patrum.

2 Quamobrem & hoc ius  
interdum, ecclesiasticum & diui-  
num dicitur <sup>a</sup>, canonicum <sup>b</sup>, & <sup>a</sup> *can. 1. 23. q. 7.*  
sanctiones istius iuris aliquando, <sup>b</sup> *cap. quid clo-*  
canon, decretum, decretalis, epi-  
stola, sanctio, dogma, manda-  
tum, interdictum <sup>c</sup>, constitutio. <sup>c</sup> *Panormit. in*

3 Canon, idem quod regula <sup>proem. decreta.</sup>  
est <sup>d</sup>: translato nomine ab agina <sup>numer. 5. gl. f. in</sup>  
seu æquilibrio, vocatur namque <sup>summa, 3. dist.</sup>  
Græcis, κανὼν, quòd statera lan- <sup>d</sup> *can. canon, &*  
ces dirigit, & ad æqualitatem re- <sup>can. regula, 8.</sup>  
ducit. Ita nomen hoc, & legi con-  
uenit: Menandro namque νόμος,  
*Ἀνατολὴ καὶ ἀδίκη κρίνεις*, id est, lex,  
iustorum & iniustorum iudex: in-  
deq; Pythagoreis κανὼν καὶ ἀρμονί-  
nici, qui primas in iudicando par-  
tes, longeque ratas, maximè ratio-  
ni ad

*a* Ceterum Rho-  
digin, lib. 3.  
cap. 11.

ni, adscribunt<sup>a</sup>, leges quoque sūt  
canones dictæ<sup>b</sup>.

*b* can. 1. dist. 3.  
cano. Nicena, 31.  
distin. can. cris-  
tinae lex, 4.  
distin.

4 Cæterum, propriè dicunt<sup>c</sup>  
decretalem vel epistolam, esse  
constitutionem, quam Papa edi-

*c* glos. in pro-  
prio decretali  
s. sanè in verbo  
constitutiones, per  
cap. si conubi-  
na, de sententia  
excommunic.

dit cum concilio cardinalium, vel  
sine iis, ad alicuius consultatio-  
nem. Decretum, quando ad nul-  
lius consultationem. Constitutio,  
quam princeps proprio motu fa-

*d* can. consti-  
tutio 2. dist.

cit<sup>d</sup>. Extant, de potestate & ef-  
fectu sanctionum ecclesiastica-  
rum, & epistolarum decretalium  
summi Pontificis, tota 15. distin-  
ctio, in 1. parte decreti Gratiani  
& tituli de constitutionibus apud  
Gregorium & Bonifacium. De  
authoritate canonum Apostoli-  
corum, in tota 16. distinct. one: ca-  
nonum autem consiliorum, tota  
15. 17. & 18. dist. apud Gratianum.

5 Pontificium ius ideo dictū  
est, quòd iis qui sacris præsumt da-  
ta eius

ta eius est potestas sancienti & approbādi, in his quæ ad illorum curam pertinent. Nec recens hæc potestas, vel præter ius humanū & diuinum, vt quidam sibi persuadent, nescio an ignorantia, animalitia, & odio dogmatum ecclesiasticorum. Nunquam enim fuerunt hominum mores, vel inter Ethnicos, sine sacris: nec sacra sine sacerdotibus: nec sacerdotes, sine potestate legis sancientiæ, vel sine auctoritate iudicij statuendi, circa ea, quæ vel præcipue vel accessorie sacra respiciebant. Ab alienigenis exordiar, vt campus liberior postmodum, de Christianis agentes, pateat. Apud Ægyptios, sacerdotes iudices erant, teste Æliano<sup>a</sup>. Druidæ, sacerdotes Gallorum, ferè de omnibus controuersiis cum publicis, tum priuatis statuerunt: & si quod esset

<sup>a</sup> Ælianus lib.  
14. var. histor.  
cap. 34.

esset admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, vel finibus, controuersia, ijdem decernebant, pœnas præmiaq; constituiebant. Si quis autem priuatus aut publicus, eorum decreto non stetisset, sacrificiis interdicebant, quæ pœna apud eos erat grauissima: nam quibus erat ita interdictum, ij numero sceleratorum habebantur, iis omnes decedebant, aditumq; , sermonemq; defugiebant, ne quid ex cõtagine incommodi acciperent, vt testis omniũ **Julius Cæsar**<sup>a</sup>. Apud Vtopienses insulanos, sacerdotes nulli subsunt, aliis in religione præsunt, suntq; morum censores<sup>b</sup>. Dicebat & **Leo Baptista Albertus**<sup>c</sup>, Pontificis officium esse, cœtus hominum ad vitã omni ex parte perfectam, quoad in se sit, perducere. Apud Romanos, **Numa Pompilius**

<sup>a</sup> *Julius Cæsar, lib. 6. comment.*

<sup>b</sup> *Thomas Morus, lib. 2. Vtopi.*

<sup>c</sup> *Leo Baptista Albertus lib. 5. de re adificatoria, cap. 7.*

pilius 2. Romanorum rex, sacris inuectis Pontificem Maximum cum aliis sacerdotibus & vestalibus creauit <sup>a</sup>, tempore quo Ezechias regnabat apud Hebræos, vt author Eutropius <sup>b</sup>, iisq; dedit condendarum legum authoritatem, de sacris potissimum arbitrato suo: ipsosq; Pontifices, nulli potestati fecit obnoxios, vt non tenerentur reddere rationem senatui, vel populo <sup>c</sup>. Et hoc tempore cœpit ius Pontificium, partim à Numa conscriptū, partim à Pontificibus auctum. Et refert Cassius Hemina, vetustissimus annalium author, quarto libro, & post eum Plinius <sup>d</sup>, Cnecum Terentium scribam, in Ianiculo agrum suum repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnauit, situs fuisset, & in eadem libros eius septem iuris Ponti

<sup>a</sup> Plinius secundus lib. de viris illustrib. cap. 3.

<sup>b</sup> Eutrop. lib. 1. Histor.

<sup>c</sup> Dionys. Halicarnass. in 2. Lini in 1. Fe- nestella lib. de sacerdotina.

<sup>d</sup> Plinius lib. 13. cap. 13.



Pontificij. Fuisse & apud posteros eius, ius Pontificium, vel ex

*a. Eius lib. 10.  
deca. 3. in prin.*

Liuiò solo constat<sup>a</sup>: P. Sempromius, inquit, nobilis ac diues erat, forma viribusq; corporis excellebat, famiosissimus habebatur, seu causa agenda esset, seu in senatu, & ad populum suadendi & dissuadendi locus esset: iuris Pontificij peritissimus, &c. Sed & apud solos Pontifices, legum scientiam & interpretationem fuisse olim notum est: ideo ex illis vnus singulis annis constitutum, qui praeset rebus priuatis<sup>b</sup>.

*b. l. 2. §. deinde  
ex his legibus,  
de orig. iur. in  
P. Valerius Ma.  
lib. 2. cap. 10.*

6. Versabatur autem ius Pontificium Ethnicorum, eorumq; potestas plenior erat, & auctoritas Pontificum: vel circa religionem, vel circa Rempublicam. In religionis parte, tractabant de rebus diuinis, de factis ceremoniis, de personis ecclesiasticis, & de his

de his quæ circa ea sunt. In parte  
 Reipub. de pauperibus, piis cau-  
 sis, & negotiis personarum, quæ  
 fori eorum erant, vt scribit Ci-  
 cero<sup>a</sup>, & Liuius<sup>b</sup>. In vera quoque  
 Dei religione, vnde cæteræ na-  
 tiones mutuatur sunt, si quid boni  
 habuerunt, & in Pontificatu seu  
 sacerdotio, legum quoque con-  
 dendarum authoritas fuit. Hoc  
 enim liquidò constat, à tempore  
 Mosi & Aaronis fuisse conces-  
 sum, & ritus, & cæremonias inde  
 præscriptas & leges, easq; stabi-  
 les: totusq; pentatheuchus fidem  
 facit, vbi leges quinque libellis  
 describuntur. Regebant & sta-  
 tuebant in populo; Heli<sup>c</sup> & Sa-  
 muel<sup>d</sup>; sacerdotes Dei. Et ita  
 etiam expressè Deus statuit<sup>e</sup>. Sa-  
 cerdotes mei, inquit, docebunt  
 populum quid sit inter sanctum  
 & pollutum, inter mundum &

<sup>a</sup> Cicer. pro do-  
 mo sua. & de  
 Arusp. respons.  
<sup>b</sup> Liuius in 1.

<sup>c</sup> 1. Reg. c. 2.  
<sup>d</sup> 1. Reg. c. 7.  
<sup>e</sup> in Sane-  
 drim Gedola a-  
 pud Thal. in i-  
 jas.  
<sup>e</sup> Ezech. c. 44.

m

immun

immundum : & iudicabunt leges  
 leges meas, & præcepta mea. Et  
*Leuitic. c. 13.* alibi<sup>a</sup>, iudicabit Aaron & sacer-  
 dotes, inter lepram & lepram.  
 Iosaphat Rex Iudæ, dum consti-  
 tuit iudices in cunctis ciuitatibus  
 Iudæ, in Hierusalem quoque con-  
 stituit Leuitas & sacerdotes, &  
 principes familiarum in Israel, vt  
 iudicium & causam domini iudi-  
 carent habitatoribus eius. Præce-  
 pitq; eis, dicens: Sic agetis in no-  
 mine domini fideliter & corde  
 perfecto. Omne causam quæ ve-  
 nerit ad vos fratrum vestrorum,  
 inter cognitionē & cognitionē,  
 vbicunque quæstio est de lege, de  
 mandato, de ceremoniis, de iusti-  
 ficationibus, ostendite eis: ne pec-  
 cent in dominum, & ne ueniat ira  
 Dei super vos, & super fratres ve-  
 stros, sic ergo agentes nō peccabi-  
 tis. Amasias autē sacerdos & Pon-  
 tifex

rix vester, in his quæ ad Deum  
 pertinent, præsidebit. Porro Za-  
 badias filius Ismael, super ea o-  
 pera erit, quæ ad regis officium  
 pertinent. Summus Pontifex<sup>a</sup> *Hæc in 1.  
Paralip. c. 19.*  
 deinceps Dominus nolter Iesus<sup>b</sup> *ad Hebræos*  
 CHRISTVS<sup>b</sup>, leges iuraq; no-<sup>c</sup> *cap. 3. 4. 5. 8. 9.*  
 bis Pontificia, & diuina dedit. Post<sup>c</sup> *Vt Actum 15.*  
 eum, & statuerunt Apostoli: de-<sup>d</sup> *ad Thessal. 2.*  
 incept & Pontifices summi<sup>d</sup>, & *summi Pontificis  
in can. cunctis.*  
 antistites in suis diocæsi-<sup>e</sup> *per mundum,*  
 bus probarunt horum potestatem Cæ-<sup>e</sup> *9. quæst. 3.*  
 sares Philippus<sup>e</sup>, Valentinianus,<sup>e</sup> *l. omnes, l. 6.*  
 & Marcus<sup>f</sup>, Iustinianus<sup>f</sup>. Sic & *de sacrosan. eccl.  
lib. 1. c. tit. 5.*  
 Constantinus Magnus in synodo<sup>g</sup> *l. privilegia*  
 Nicæna confessus, patres ibi con-<sup>g</sup> *quæ gener. libus*  
 uenientes allocutus: Vos, inquit<sup>h</sup> *l. 12. end. tit.*  
 Deus constituit sacerdotes, & po-<sup>h</sup> *g. 1. de eccle-  
siasticis ritibus in  
authent. colla. 9.*  
 testatem vobis, de nobis iudican-<sup>i</sup> *tit. 6.*  
 di dedit: & ideo nos quoque a vo-<sup>h</sup> *Rufinus, lib.  
10. histor. ecclæs.*  
 bis rectè iudicamur, vos autem<sup>cap. 1.</sup>  
 non potestis ab hominibus iudi-  
 cari: propter quod Dei solius in-

ter vos expectate iudicium. Atque Honorius & Theodosius voluerunt, vt si quid dubij emergerit in religione, oporteat illud conuentui sacerdotali iudicandum referuari<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> *Idem in innovatione, de sacrosanct. eccle. C.*

7 Vt meritò improbādi sint

Valdenses, siue pauperes de Lugduno dicti, heretici, qui negabāt omnes orandi formulas, excepta, Pater noster, &c. Et præterea omnes ferē sanctiones Romanæ ecclesiæ, vt inutiles & superstitio-

<sup>b</sup> *Aeneas Syl-  
vius, in Bohemia  
cap. 35.*

<sup>c</sup> *Surius libro  
commentariorum  
rerum in orbe  
gestarum in an-  
no 1542.*

sas, tollebant<sup>b</sup>. Quemadmodum & aliquando Philippus Melancton, & Carolostadius, literarum & bonarum artium improbarunt studium, viso libello Martini Lutheri, ad Germanicam nobilitatem, vnde per multum tempus scholæ clausæ sunt, vt ait Surius<sup>c</sup>.

8 Caterum ius Pontificium bisariam diuideretur. Prima diu-  
sio,

fio, imitatur Græcorum & Ro-  
 manorum iuris sectionem<sup>a</sup>: vt<sup>1</sup> de qua, in §.  
 aut scriptum, aut non scriptum<sup>2</sup> constat, & §. &  
 sit. Inter iura scripta Pontificia, non ineleganter,  
 sunt canones, decretales, decre- de iure natural.  
 ta<sup>b</sup>, extrauagantes<sup>c</sup>, regulæ can- gest. & civili, l.  
 cellariæ Romanæ, quæ iuris scri- ius civile. de in-  
 pti speciem habent, idq; à tem- stit. & iur.  
 pore Ioannis 22. Nam in Quin- b de quib. in-  
 terno cancellariæ apostolicæ, pri- terpres in sum-  
 mus author ponitur harum regu- ma 3. dist. Pano.  
 larum<sup>d</sup>. Ante eum tamen, erat in c. 1. de pact.  
 cancellaria, & vicecancellarius, c de quibus, in  
 vnde regulæ dictæ cancellariæ, c. pastoralis, de  
 verum prius negotia cancellariæ, fide instrument.  
 viæ vocis mandato & stylo re- glo. in præludis  
 gebantur, non regulis scriptis. extrauagantium  
 Eratque cancellaria introducta Ioan. 22.  
 tempore Lucij Papæ 3, quia de d vide de istis  
 ea is meminir in sua quadam con- Gomezin, in  
 stitutione<sup>e</sup>. Is autem sedit, ante proæmo ad re-  
 Ioannem 22. Pontificatum nam- gias cancellar.  
 que tenuit Ioannes 22. post Cle-  
 m 3 men

mentem, circa annum domini  
 1317. qui & Clementinas corre-  
 xit, & publicavit<sup>a</sup>. Lucius verò  
 3. qui & 179. Pontifex, sedit circa  
 annum domini 1382. Ita Fran-  
 ciscus Petrarcha, tradit<sup>b</sup> Ioan-  
 nem 22. primum cancellariam &  
 rotæ tribunalis, duo vrbis lumi-  
 naria illustrasse. Is tamen tantum  
 regulis suis conclusit, quæ abbre-  
 viatores instruerent: quomodo  
 diplomata in cancellaria, iuxta  
 supplicationum varias signatu-  
 ras, deberent conficere. Nam an-  
 tè Nicolaus 5. summum Pontif.  
 adeptus circa annū domini 1447.  
 omnium Pōtificum primus, præ-  
 decessorum regulas collegit vti-  
 liores. Porro regulæ cancellariæ,  
 sunt ad initium SS. Pont. statutæ,  
 non tāquam leges generales, sed  
 tanquam locales: ideo non durāt,  
 nec vim habēt ultra vitam Pon-  
 tificis

<sup>a</sup> Polydor. Vir-  
 gil. lib. 6 de in-  
 ventor. rer. c. 12.

<sup>b</sup> Francisc. Pe-  
 trarch. lib. 2. rer.  
 memorabil. c. 53.

tificis sancientis, nisi approben-  
 tur à sequente Pontifice <sup>a</sup>. Can-  
 cellariæ tamen interpretatio, fa-  
 cit stylum haberi pro iure <sup>b</sup>. In  
 Gallia tamen, aliquæ instar legis  
 fuerunt receptæ, & nec in præiu-  
 dicium earum, à summum Pont.  
 fieri quicquam possit: veluti regu-  
 læ, de infirmis resignantibus, vi-  
 ginti dierum, & similes.

9 Pragmatica etiam sanctio,  
 quæ alio modo synodus Basilien-  
 sis, & Carolina constitutio dici-  
 tur, inter canonicas leges scriptas  
 Pontificias annumeratur: facta in  
 cōcilio vniuersali Basiliensi, quod  
 cœptum est anno 1432. & tan-  
 dem post 16. annos, absolutum  
 est <sup>c</sup>, indictum primum à Marti-  
 no Basileæ, ad reformandos mo-  
 res ecclesiasticos, & ad Bohemos  
 qui à fide desciuerant, reuocan-  
 dos: postea prosecutum ab Euge-

<sup>a</sup> *glos. ordina-  
 ria. in proœmio  
 regular. cancell.  
 c. quam gra-  
 uis de crim. fals.  
 Gomes. in regul.  
 cancellar. de  
 Triennali pof-  
 f. §. 9. 7.*

<sup>c</sup> *Vide Gagni-  
 num, lib. 10. Ae-  
 neam Syluium,  
 & Platinam, in  
 Eugenio.*



nio, Martino suffecto: dehinc Fer-  
 rariâ, & inde Florentiam<sup>a</sup>, trans-  
 latum. Absolutum recipit Caro-  
 lus 7. & pragmaticam illius san-  
 ctionem<sup>b</sup>, ob quam tamen erant  
 ortæ in Gallia discordiæ nonnul-  
 læ, circa menses conferendi, quas  
 sedauit Sixtus Pontif. Max.<sup>c</sup>  
 10 Postremò & inter scri-  
 pta iura canonica, erunt conuen-  
 tiones Gallicæ, dictæ concordata.  
 Quia conuentum fuit inter Leo-  
 nem 10. Pontif. Max. & Franci-  
 scum 1. regem Gallor. vt ea, quæ  
 inibi placita fuerant, loco prag-  
 maticæ sanctionis seruarietur, de-  
 rogatione ei facta in nominatio-  
 nibus & electionibus beneficio-  
 rum, & quibusdam aliis, quæ ap-  
 probata fuere in concilio Latera-  
 nensi 10. quod coëgit Leo 10.  
 Romæ in Laterano his tempori-  
 bus<sup>d</sup>. Quare ratione conuentio-  
 nis,

a. l. vile Pan-  
 lum. Sen. ilinm,  
 lib. 10. in Carolo  
 7. & Antonium  
 Archiepiscop.  
 Florent.

b in proarmio  
 pragmat. sancti.

c in c. 1. de Tren  
 ga & pace, lib.  
 5. extranag. c. m.  
 unum.

d in proarmio  
 concord.

nis, quæ etiam principes ligat<sup>a</sup>,  
 maximæ sunt authoritatis in Gal-  
 lia, concordata.

<sup>a</sup> l. conuentio-  
 tionem, de pact.  
 in P. Rebus. latò  
 in rubri. de coll.  
 in concordat.

11 Ius Pontificium non scri-  
 ptum, versatur in consuetudine  
 ecclesiastica, quæ sequenda<sup>b</sup>. Ver-  
 fatur & in stylo Romanæ curiæ<sup>c</sup>.  
 Est & conuiuentia sæpè, instar  
 iuris<sup>d</sup>.

<sup>b</sup> tit. de consue.  
 can. ecclesiastic.  
 can. nolite, 11.  
 distin. 1. ad Co-  
 rinth 11.

<sup>c</sup> cap. ex literis,  
 de constitut.

12 Alia iuris Pontificij diui-  
 sio, in ius commune, & speciale  
 siue statutorum<sup>e</sup>. Appellatione  
 iuris communis, ea tantum ve-  
 niunt, quæ in corpus iuris reda-  
 cta sunt<sup>f</sup>. Cæterum corpus illius  
 iuris, constat nunc libris decreto-  
 rum, decretalium, sexti, clemen-

<sup>d</sup> cap. cum iam-  
 dudum, de prob.

<sup>e</sup> c. cum dile-  
 ctus, de consuet.

<sup>f</sup> c. 1. de constitut.  
 in sex.

<sup>g</sup> c. pastoralis,  
 de fide instrum.

<sup>h</sup> fin. de reserv.  
 in prag. sanctio.

tinarum, extrauagantium. Sabel-  
 licus & Volateranus scribunt, an-  
 teà Hilarium Sardium 46. sum.  
 Pontif. qui adeptus sedem est an-  
 no 463. & sedit annos 7. Ius Pon-  
 tificium publicasse, & synodos  
 in 5 appro

approbasse, idq; tempore Leonis imperatoris, vt scribit Platina in eius vita. Agatho postea, qui sedit tempore Constantini per 2. annos, anno domini 702. statuit, sanctiones Apostolicas, vt diuina voce firmatas, seruari: id ipsum & alij Pontifices fecerunt <sup>a</sup>. Et seruabantur quidem canones Pontificu, quia & seruari debere placuit, anno 500. Tempore Clodouei regis Galliarum, in synodo 6. Romæ celebrata, sub Symmacho sum. Pontif. & Theoderico: cui interfuerunt 120. Episcopi teste Isidoro in Symmacho. Hocque ipsum docetur per constitutionem Calixti <sup>b</sup>. Tunc tamen sine ordine canones erant, & indigesti, qui dehinc in certum ordinem collecti, & coniuncti fuerunt. Verum compactiones decretorum plures fuerunt. Et primus Isidor

<sup>a</sup> can. sic omnes, 19. dist.

<sup>b</sup> can. non debet, 12. dist.

Isidorus Hispalensis, qui claruit  
 circa annum 650. decreta eccle-  
 siastica ordinauit in vnum volu-  
 men, secundum Pontific. Max.  
 tempora<sup>3</sup>. Post hūc Burkardus <sup>b a de quo fit men-  
tio in can. 1. 19.  
d. fin. Tritem-  
nius in scripto.  
b de hoc men-  
tio, in c. n. in  
nomine, 73. di-  
stinct.</sup>  
 Vvarmacensis Episcopus, antea  
 Benedictini ordinis, in Hassia na-  
 tus, ex sententiis, conciliorum,  
 patrum, & Pontificum, magnum  
 illud opus decretorum post Isi-  
 dorum collegit, & in viginti li-  
 bros digessit, circa annum salutis  
 1006. Deinceps Iuo Episcopus <sup>c Tritemnius in  
scriptor. eccle. &  
Annon. in V. ar  
mac. Episcop.</sup>  
 Carnotensis, ex præposito sancti  
 Quintini Belluacensis ordinis ca-  
 nonicorum regularium D. Augu-  
 stini, scripsit post Burkardum,  
 ex canonibus sanctorum, com-  
 pendiosum decretum <sup>d Innocentius,  
in historiis suis.  
Tritemnius in  
ecclesiast. script.</sup>  
 circa an-  
 num domini 1090. quod in 8. li-  
 bros diuisit: hocq; decreto, ante  
 decretū Gratiani, iurisperiti vte-  
 bantur. Fuit & hoc Iuonis decre-  
 tum

tum abbreviatum per Hugonem Cathalanum, summaq; decretorum Iuonis titulum habet. Menzio fit quoque in decretis Gratiani<sup>a</sup>, alterius collectionis decretorum, sub nomine Breuiationis canonum Fulgentij, vt puto, Aphri, qui floruit circa annum domini 500. secundum Trithemiũ. Omnium postremus Gratianus Hetruscus, monachus Bononiensis siue classensis, ordinis S. Benedicti, insigne composuit volumen ex veterũ statutis, sanctionibus, & scriptis, quo iuris canonici professores, & nos nunc vtimur in scholis, quod inscripsit, concordia discordantium canonum libri 4. Claruit circa annum 1550.<sup>b</sup> & postea, tẽpore Alexandri 3. summi Pontific. Hodie in tres partes diuisum est volumen decreti Gratiani, in cuius secunda parte

<sup>a</sup> in can. san-  
ctum, §. cum  
c. 20, 62. dist.

<sup>b</sup> Trithemius  
de script. eccles.  
& Velater glo.  
in can. p. 1. ap-  
pellationem, in  
verbo, forma,  
2. quest. 6.

parte alia, quæ, vt opinor, separata erat, de pœnitentia. Methodus illius in prima parte, vt tantum diuiderit eam in vnâ, & centum partes, quas distinctiones vocat, sub quibus capita, quæ nomine canonis, citantur. At alia methodus in 2. parte, nam diuidit primum illam, in 36. causas seu materias: dehinc singulas causas diuidit in quæstiones: quæstiones, in canones: canones, in §§. Tertia tantum diuiditur in quæstiones & canones, & §§. citandi modus, in 1. cano. & §. cum distinctionis numero, vt can. 1. §. 1. 3. distinct. In 2. citatur hoc modo, can. . 3. vel 4. & c. (scilicet causa, quamuis non exprimat) q. 2. vel §. & c. In 3. autem in can. 1. de consecrat. distinct. . vel 2. & c. Refert Gesnerus in Bibliotheca, dum de Gratiano agit, decretum eius fuisse

ab Eugenio approbatum. Constat autem, post eum, Alexandrum 3. aliquo intervallo annorum successorem, ex eo, ut approbato, quædam citasse<sup>a</sup>. Notant & Panor. & Riparius<sup>b</sup>, illum librum fidem facere. Excipienda tamen sunt, quæ à seipso Gratianus scribit: item quæ pro palea adiecta sunt: liquidem Panormitanus notat<sup>c</sup>, approbata esse capitula patrum & sanctorum decreti Gratiani, non quòd in eo scripta sint, sed quia alioquin per se recepta sint. Ita & subscribit Archidiaconus post Hugonem<sup>d</sup>. Sicq; intelligi debent interpretes, qui dicunt decretum Gratiani esse approbatum, ut Panormitanus, Andreas, Siculus: Quibus accedent & conuenient qui negant, veluti Ioan. Andreas, Imola<sup>e</sup>, quod & late

<sup>a</sup> in c. continebatur, de despons. impub.

<sup>b</sup> in cap. 2. de rescript.

<sup>c</sup> Panormit. in proœmio ad com. m. et. incipit Basilica.

<sup>d</sup> Archidiacono. in can. de his, in 2. in princ. so. distinct.

<sup>e</sup> in c. ex parte, in 1. de rescript.

<sup>f</sup> in d. cap. ex parte.

late discutit Felinus<sup>a</sup>, atque Fredericus Senensis<sup>b</sup>, & Iason opinantur, non habere etiam auctoritatem has paleas insertas canonibus patrum apud Gratianum, veluti summaria truncatim excerpta ab aliis patribus, per Cardinalem quendam discipulum Gratiani, dictum Quota paleam, qui, ut librum illum sibi coram Pontifice summo arrogaret, rubricas addidit codici Gratiani, & capitula quædam: quod Iason accepit à Ioanne ab Imola<sup>d</sup>. Et Franciscus Curtius Iunior<sup>e</sup>, decreta Gratiani ait & paleas, tantum habere auctoritatis, quantum ratione vtantur. Et glossa quædam etiam mentitur Gratianum dicit<sup>f</sup>.

13. Circa annū domini 1250. floruit Ioannes Semeca Theutonici iuris doctor, qui primus<sup>g</sup> est aggressus glossas adijcere decretis Gratiani.

<sup>a</sup> Felinus, in d. d. ex parte, numer. 43.

<sup>b</sup> Freder. Senens. concil. 76. quod incipit, domino auditori.

<sup>c</sup> Iason in rubricam de aeternum. 12.

<sup>d</sup> Ioan. Imol. in rubric. de verb. oblig.

<sup>e</sup> Francisc. Curt. Iunior lib. de fensio. parte 1.

<sup>f</sup> gloss. in can. Euphemium, in verbum infamem, 2. q. 3.

<sup>g</sup> gloss. 1. in pro-amio decreti in supplemento chronici Vrspergensis Abbat.



to Gratiani. Hic Clementi 4. Pont. Max. tūm per Germaniam, sicut per Galliam in redemptionem terræ sanctæ decimas exigenti, appellationem opposuit: quare & à sum. Pont. excommunicatus, & præpositura Halberstensi priuatus. Sed erant magni in Germania viri, qui Ioannem deserendum non putarent: Mors verò hāc litē diremit, quæ & præpositum & Pontificem su-

<sup>a</sup> in supplemento  
chronicorum

Vesperg. Alber. Crantz. in Sax. lib. 8. cap. 17.

<sup>b</sup> Ipse testatur  
in proem. decret.

glōf. 1.

stulit <sup>a</sup>. Addidit huius commentariis, & glossis paulò post quædam Bartholomæus Brixienfis <sup>b</sup>.

14 Aliud volumen iuris Pontificij, decretales dicuntur: constitutum ex decretalibus epistolis summorum Pontif. iussu Gregor. 9. Pont. Max. opera Raymundi Capellani eiusdem Pont. in communem studentium vtilitatem: reiectis superfluis, quæ in prima quadam

quadam decretalium compila-  
 tione aderant. Quò fit, vt in <sup>in procmio</sup>  
 decretalium contextu Gregorij, <sup>decretalium §.</sup>  
 sæpè inuenias verba, Et infra: qui- <sup>penult. & fin.</sup>  
 bus docemur omissam esse episto-  
 larum Pontificalium narrationē,  
 & ea succissa, ad resolutionem  
 epistolæ & rescripti perueniri. In-  
 ferta autem sunt principia narra-  
 tionis epistolarum initio capitū,  
 & post duo aut tria verba, subiun-  
 ctum & infra, in gratiam contem-  
 poraneorum illius prioris com-  
 pilationis, qui in priori studia  
 peregerat, & propter glossas an-  
 tiquas, quæ iura illa citabant, co-  
 modo, vt me monuit Ioannes  
 Andreas. Sedit porro Gregorius <sup>Ioannes An-</sup>  
 circa annum domini 1225. Il- <sup>dreas in c. no-</sup>  
 lius voluminis decretalium ordi- <sup>bis, de iure paty.</sup>  
 natio, per libros 5. & per titulos  
 diuisa, more iuris ciuilis Romani:  
 excepto, quòd leges titulis sup-

positæ, capita vel capitula in eo:  
nō leges, vt in iure ciuili, dicuntur.

15 Post annos plus minus sexaginta, successit Celestino Bonifacius octauus, qui alias rursus Pontificum constitutiones & epistolas decretales ordinauit, &

*a Platina, in  
eius vita, & Bledius, & in pre-  
mio sexti.*

coniecit in aliud volumen<sup>a</sup>, quod sextum dixit: veluti quia esset liber addititius sextus, ad q. prædictos decretalium Gregorij. hunc tamen librum sextum, iterum in q. subdiuisit, & singulos in titulos, & in capitula, exemplo decretalium Gregorij. Notat Paulus A-

*b Paul. Armil.  
lib. 5.*

milius<sup>b</sup>, initio nullum fuisse in Gallia constitutionū sexti vsum, propter controuersiam, de qua ibi meminit, inter Philippum Pulchrum regem Gall. & Bonifaciū. Verum tamen mihi placet absolute, id non recipiendum: nam in rhapsodia sexti, aliæ sunt aliorum:

Ponti

Pontificum, quàm Bonifacij, constitutiones<sup>a</sup>, quæ non erant ex-<sup>a</sup> *Ioan. Andr. in glos. ult. c. fi. de regul. iur.*  
 osæ, sed tantum Bonifacianæ: qualis illa, quæ incipit, generali, cap. 13. de electio. in sexto. Controuersia namque penè omnis inter hos constabat, de collatione beneficiorum, & denominatione quam volebat Bonifacius regi adimere: ad eumq; scripserat, beneficiorum collationem esse spirituales, & ideo ad ecclesiasticas tantum personas pertinere, & aliter sentientes hæreticos censeri. Cui respondit Philippus, collatio beneficiorum, etiam ad nos spectat: secus autem credentes, fatuos & dementes censemus<sup>b</sup> *b notat glos. in d. c. generali.*  
 Scribit autem Guaguinus<sup>c</sup>, Bonifacium 8. Pontif. Philippo priuilegium concessisse priuilegio, *c Guaguinus, lib. 7. in Philippo Pulchro.*  
 cantium ecclesiarum prouentum anni vnus exigendi, præterquam earum,

earū, quas cathedrales & monasticas vocāt. Id autem ius regalīæ dictū, quod regibus ita esse peculiare contendunt, vt nihil magis ad ius regis pertinere possit. Postcā autem, cū bellum Hierosolymitanum animo agitare Bonifacius, vt illud suaderet Philippo, misisse episcopum Appamensem ad eum, minis agere tentans, nī consentiret, interminatus se illum priuaturum regno, & priuilegiis regalīæ. Quibus cū commotus Rex legatum Appamensem episcopū in carcerem coniecisset, Bonifacium ait Philippum, regalibus priuasse, & regno, & eo excommunicato, detulisse imperium Germanis, & regnū, Albertæ. Quamobrem & Philippus contra quoque cauit publico edicto, ne è suo regno quicquam auri argentive, vel aliarum mercium,

tium, Romā exportaretur. Hanc tamen controuersiam successor Pontifex Maximus parauit, & regem absoluit.

16 Is fuit Clemens ꝑ. qui Bonifacio successit: qui etiam post duos annos, alias epistolas, decretales, & constitutiones Pont. Maximi, ordinauit & collegit: quas quidem, non ipse, sed Ioānes 22. promulgauit, nomine Clemē-  
tis<sup>2</sup>. Vnde illarum constitutio-<sup>a in proemio</sup>  
num liber dicitur Clementina-<sup>Clementinarum.</sup>  
rum: & capita, Clementinae nomine sæpè citantur, dispositione titulorum & librorū eadem cum superioribus existente.

17 His subinde additæ, Extrauagantes communes, & Ioannis 22. id est, constitutiones, quæ vagabantur, nec proprium locum habebant in prædictis voluminibus.

18. Atque ita his voluminibus, conclusum habemus ius cōmune Pontificium: reliqua autem omnia, quæ illis non continentur, iuris non communis & singularis dicenda sunt: indulta, ratione certarum personarum, re-  
*a. can. 2. 3. dist.* rum, aut locorum<sup>a</sup>. Proinde, si quando speciale ius cum cōmuni concurrat, certè tunc speciale potius sequendum: quia generi  
*b. l. si. C. de leg. 1. in 1810, de reg. iur. P. c. generi. eo. tit. in sexto. c. funduisti, de offi. leg. l. si sanctis legum, de par. in P. l. uxorem. 9. codicillis, de legat. 3. c. super specula, de magistr. d. l. sed & posteriores, & l. de quib. de legib. in P. c. Alciat. lib. 6. Par. dex. c. fin.* per speciem derogatur<sup>b</sup>. Nisi in iure communi adijciatur, nō obstanti tali consuetudine, aut statuto<sup>c</sup>.
19. Frustrà autem existimo dubitari, num decretalis præferatur canonì, cū eiusdem sint authoritatis, & posteriores leges explicent priores, vel derogent illis<sup>d</sup>. Verū si quis velit hac de re plura, consulat Alciatum<sup>e</sup>.
20. Si autem destituamur in

nego





*a D. Luca 22. & ditione Dei<sup>a</sup>, hiq; mutuo se  
 2a. vnam san- iuuare debent. Nec sacri cano-  
 ctam, de maior. nes, dedignantur sequi leges ci-  
 Obedi. lib. 1. uiles: nec contra leges, canones b:  
 extranag. Ioan. 22. tit. 7.  
 b 4. si vero ec- Nisi quæstio esset de legibus, quæ  
 clesiasticum, tit Christianis dogmatibus repugna-  
 vt cleri. ap. pro- rent, quæ non sequenda, sed reij-  
 prias episcopos, cienda sunt<sup>c</sup>. Legibus deficien-  
 primum conuen. tibus, ad rationes refugimus na-  
 in authen. colla. turales<sup>d</sup>. Postea ad interpretum  
 6. tit. 12. Lucius sententias his deficientibus, per-  
 3. Pontif. in c. 1. ueniemus, quamuis illæ non sint  
 de cper. noni nū necessaria, sed probabiles<sup>e</sup>. Por-  
 ciat. lib. 5. decr. rò inter interpretes, in iuris Pon-  
 titu. 2. tificij quæstionibus, primus autho-  
 c can. Euphe- ritatis locus defertur decisione-  
 mium, 2. q. 3. c. fi. bus Rotæ<sup>f</sup>; non tamen tenetur  
 de secund. nup. iudex secundum eas iudicare<sup>g</sup>,  
 d glos. in can. quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 consuetud. 1. dist. ritatis locus defertur decisione-  
 e glos. in vobr. bus Rotæ<sup>f</sup>; non tamen tenetur  
 de legib. C. can. iudex secundum eas iudicare<sup>g</sup>,  
 nolite, 11. q. 3. Pa quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 normi. in c. 1. de quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 postula. pralat. quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 facit textus in c. quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 5. de decimis. quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè  
 f Gomes. in prolog. regul. cancel. q. 2. Porro an faciant illa ius,  
 agitur ab interprete glos. in prologo extranag. Ioan. 22. inci-  
 pit Quintus Mutius. g In d. prolog. extranag. Ioan. 22. per  
 glos. in cap. 1. de postulat. pralat. quia & auditores Rotæ ipsi, sæpè*

aduer

aduersum eas iudicant<sup>a</sup>: nisi se-  
pius ab iisdem similiter inuenia-  
tur iudicatum, vt inde sit stylus  
vel yfus introductus<sup>b</sup>. Sic & re-  
gula cancellariæ probata, vicem  
legis habent. Deinde proximus  
locus dabitur cōmuni opinioni<sup>c</sup>.  
Posteā Innocentij 4. commen-  
tariis fides datur<sup>d</sup>. In sententiis  
interpretū perpendēdis, liberum  
videtur arbitrium, quas sequi ve-  
limus<sup>e</sup>, potissimum dissentienti-  
bus illis, quo casu plurium sequen-  
dam dicunt<sup>f</sup>: nisi pauciorum in-  
terpretum opinio magis rationi  
consentanea sit, tunc enim ea  
potior<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> docet Gome-  
sius, in regul. de  
triennali poss.  
quest. 53.

<sup>b</sup> l. nam impe-  
rator, & l. mini-  
mo, & l. si de  
interpretatione  
de leg. in P.

<sup>c</sup> Panor. in c.  
prudentiam, de  
off. deleg.

<sup>d</sup> Archidia. in  
c. pia, de except.  
<sup>e</sup> glaf. in rubr.  
de leg. 6.

<sup>f</sup> Ioan. Andr.  
& alij, in c. 1.  
de constitu. facit

cap. nonimus, de  
verb. signifi. ibi,  
à pluribus ap-  
probata, in can.  
de iudiciis, 3. q.

3. l. 1. de offic.  
quest. in P.

<sup>g</sup> interpe. in d. cap. 1. de constitu. per cap. capellanus, in verb. sub-  
tiliori ratione, de feris l. 2. ibi non multitudine de veter. iur.  
enuclea. vide hac de re latē Felinū, in cap. 1. numer. 54. & 55.  
de constitutio.

n 5

De

## De iure ciuili Romano.

## Cap. 9.

- 1 *Ius ciuile quādo cepit, & quid.*
- 2 *Ius ciuile quomodo rationem contineat.*
- 3 *Ciuilia iura cur diuersa inter se, & à iure communi.*
- 4 *Ciuitas quid.*
- 5 *Qua auctoritate sibi ius constituat ciuitas.*
- 6 *Cines qui, & quid cines faciat.*
- 7 *Due species ciuium apud Romanos. potiores.*
- 8 *Ciuium Romanorum quedam priuilegia.*
- 9 *Diuisio iuris ciuilis, in scriptū, & non scriptum.*
- 10 *Ius Romanorum scriptum, quibus constat.*
- 11 *Lex apud Romanos quid, & mos sancienda legis, & de plebiscito.*

Diuisio

- 12 *Diuisio populi qualis per Romanum ordine, & dignitate, & de curiis.*
- 13 *Mos ferenda legis Romæ, & plebisciti.*
- 14 *Aliarum nationum in condendis legibus mos, & legum auctores, & legis alia finitio.*
- 15 *Senatusconsultum quid.*
- 16 *De iudicio, quod pro iure habetur.*
- 17 *De principum placitis, & regia auctoritate, & regis legibus, & institutione imperij Romani.*
- 18 *Quando & quomodo voluntas principis pro lege.*
- 19 *De epistola, decreto, & edicto, & oratione principis.*
- 20 *De decreto rursus.*
- 21 *Edictum quid sit.*
- 22 *Magistratuum edicta quam affinitatem habeant cum edictis*

*Etis principum.*

- 23 *De lege perpetua, annua, & temporali prætoris.*
- 24 *Portio iuris honorarij seu prætorij in quibus consistit.*
- 25 *Iurisconsultorum autoritas olim quanta.*
- 26 *De autoritate responsorum, seu interpretatione prudentum, & inibi de examine & probatione peritorum.*
- 27 *Pandectarum & digestorum nomen unum, opusq; unum: & si significatio sit diuersa.*
- 28 *Ratio authoris cur potius Pandectarum nomen in masculino, quàm fœminino genere sit pronuntiandum.*
- 29 *De nota seu signo, Π. à librariis corrupto: & inibi de errore Accursij, seu alij cuiusdam nomine Accursij.*
- 30 *Differentia inter instituta & institutio*

stitutiones, & quare potius in-  
stitutiones, quam instituta di-  
ci debeant.

31. De numero voluminum iuris  
civilis Romanorum.

32. M. Tullius diuumuir, culeo in-  
sutus quare in mare abijci  
iussus sit.

33. Qui primus ius civile euulga-  
uit, anteareposuim in pene-  
tralibus & abditis summo-  
rum Pontificum.

34. Ius Orientale Cesarum, & Pa-  
triarcharum Græcæ, nunc no-  
uè collectum & editum.



**C**IVILIA iura tunc ef-  
se cœperunt, cum &  
ciuitates condi, & ma-  
gistratus creati, & le-  
ges scribi. Iam antea in iure po-  
litiuo, quædam de iure civili di-  
ximus, quæ, vt reliqua hic perti-  
nentia.

a Iustinian. in  
singulorum,  
versen. civilia,  
de rer. dimis.

nentia annectamus, breuiter re-  
peto & prosequar. Ius ciuile pro-  
priè est, quod vnaquæque ciuitas  
sibi constituit<sup>a</sup>: commune habi-  
tantibus in illa ciuitate à qua ser-  
uatur.

*a Cains in l. omnes populi.*

*9. de iustitia. & iure, lib. 1. P. tit.*

*1. §. sed ius qui- dem ciuile, de*

*iure natur. lib. 1. institut. can. ius*

*ciuile, 1. distin. Cicer. in princ.*

*Topic.*

*b l. ius ciuile est, l. 6. de Insti.*

*& iur.*

*c Barthol. in l. cum pater. §. dul-*

*cissimis de lega. 2. glos. in l. 1. in*

*verbo consuetu- dinem, quæ sit*

*longa consuetu- do C. can. consue-*

*tudo §. porro, 1. distin.*

*d l. non omni, de leg. in P.*

2 Participat cum communi  
gentium, quia rationem habet:  
verum nō in totum illi inseruit<sup>b</sup>,  
quia vsum quædam exigentem  
propria, respicit. Continet ita-  
que huius iuris lex rationem, ex-  
plicitè vel implicitè, tanquam a-  
nimam moderantem corpus: vn-  
de & anima legis ratio<sup>c</sup>. Expli-  
citè, dum nominatim adfertur:  
implicitè, dum in lege non infe-  
ritur<sup>d</sup>, sed subtiliter indaganti-  
bus, vel nomothetis, cognita est.  
Modus autem inflexionis ratio-  
nis ad hunc vel illum vsum, ex le-  
ge & causa ciuili pendet. Et ita in  
iusto ciuili, aliud propriè natura-  
le,

le, aliud propriè legitimum: naturale, quod commune aliis gentibus est, & huic ciuitati: legitimum, quod ab initio quidem nihil refert, sic vel aliter se habeat: cum verò positum est cum ratione, refert: innixum tamen & est legitimum iuri naturæ, nam quod ab eo prohibetur, nulla lege ratum esse potest<sup>a</sup>. Sed ius naturale gentium, communem omnium hominum societatem respicit: ratio autem iuris civilis, singularem aliquorum, ciuitum scilicet, societatem.

<sup>a</sup> Celsus in l. ubi repugnanti l. 149. §. fi. de regn. iur. lib. 50. P. tit. 17.

Ita cum diuersæ societates sint, & diuerso modo coëant & conueniant homines, & leges alias aliis conuenire palàm est. Vtar<sup>b</sup> hinc Dantis Aligheri<sup>b</sup> conuenientissima similitudine, vt ostendam alias esse ciuitatum, & alias totius regni, & gentium vniuersarum leges.

<sup>b</sup> Dantes lib. de monarch.



leges. Quemadmodum est finis aliquis, propter quē natura producit pollicem: & alius ab hoc, ad quem manum totam; & rursum alius ab utroque, ad quem brachium: aliusq; ab omnibus, ad quem totum brachium: sic alius est finis, ad quem singularem hominem: alius, ad quem ordinat domesticam communitem, alius, ad quem viciniam: alius, ad quem ciuitatem: & alius, ad quem regnum: & denique optimus, ad quem vtiliter genus humanum.

Deus æternus arte sua, quæ est natura, in esse producit. Alia certe ad maiora pergunt, alia itaque ab aliis diuersa & perfectiora inter se & meliora, alia aliis itaque propria, quæ aliis non conueniunt: alioquin eiusdem nominis, gradus, & substantiæ. Aliæ igitur aliis conueniunt leges, quæ ab aliis merito,

meritò, vt inconuenientes, reij-  
cientur. Neque enim tam stoli-  
dus quis erit, vt dicat iisdem legi-  
bus posse regi ciuitatem, quibus  
domus singularis: cum & inter  
domos varij ritus viuendi, & ta-  
men domesticis singulis boni &  
commodi. Sic nec iisdem legi-  
bus, quibus vna ciuitas regitur,  
alia regi poterit, in manu sunt  
quinque digiti, & horum dis-  
par vsus, alia quantitas & qua-  
litas, tamen omnes in brachio  
conueniunt: nec eadem functio  
digitorum pedis & manus, non  
eadem legestibiarũ, ac brachio-  
rum, & capitis. Sic alia legesto-  
rius hominis, quæ cõmunes sunt  
membris omnibus. Et alia leges  
proprie membris singulis, & di-  
uerse inter se, quibus tamen non  
offenduntur leges vniuersi cor-  
poris: imò & in illis viuunt, & sine  
non o ipsis

ipsis generalibus rectè non perficiuntur. Deinceps retenta membrorum hypothèsi, videmus homines singulos & pedes habere, & alia membra nomine similia: verùm diuersis diuersa esse temperamenta: cibos diuersos conducere & alios aliis: infirmiores alios, rusticos alios, peruersos alios, docibiles alios. Et proinde diuersas inter illos leges, esse debere. Temerariis & audacibus equis fræna iniiciuntur, calcaria non inferuntur: at contrà, si reses equus, calcaria durius infigimus. Et quidam pœnis non egent, vt contineantur in officio, sed monitionibus: alij vix suppliciis sauiissimis à sceleribus auertuntur. Aliis legibus, populus dura ceruicis, & rebellis eget: aliis, qui pijs & castis moribus viuit. Sic igitur iura cuiusque ciuitatis, etsi decli-

nent

nent ab usu communi; cum aliqua tamen ratione, & proba & iustissima haberi debent. Sic leges differunt inter homines, ut dicebat Aitabanus, apud Plutarchum<sup>a</sup>, quod alia aliis aliter honesta videantur: hoc explicat etiam Aristoteles<sup>b</sup>. Eo argumento Demosthenes<sup>c</sup> utitur, nec esse iudicibus, alienas respublicas, Lacedæmoniorum inquam & Thebanorum, adferendas, contra leges Atheniensium, de præbendis immunitatibus bene meritis: eò quod respublicæ diuersæ essent, & instituti diuersi, & per consequens leges diuersæ. Id quoque latè firmat Plato<sup>d</sup>. Ita æquum est commigrantem ex propriis latibus in alienas respublicas, legibus illarum vivere<sup>e</sup>, ut & à rectoribus prouinciarum, leges ciuitatum debent inuiolatæ custodiri<sup>f</sup>. Et

<sup>a</sup> Plutarch. in Themistoc. Aem. mil. Probus, in princip. de arist. princip.  
<sup>b</sup> 2. Politic. c. 1. lib. 4. Ethic. ad Nicom. c. 1.  
<sup>c</sup> Demosthen. con. Leptinem.

<sup>d</sup> Plato, lib. de lege, sive in Minos.

<sup>e</sup> can. si sancta, 12. dist. can. nonis, 11. dist.

<sup>f</sup> l. fin. de iur. reipubl. lib. 11. C. tit. 29.

Iustinianus, per legem genera-  
lem, noluit singularibus civilibus  
a *l. fin. C. de* esse derogatum. Paulus quoque  
*legib.* jurisconsultis, civitatis legē cir-  
ca additionē, præponituri com-

b *Pand. l. Ho-* muni<sup>b</sup>. Sunt autem pecuniaria ut-  
*municipium, l. 20.* bium & populorum instituta &  
*§. fin. ad muni-* diuersa, quæ persequi non est o-  
*cip. lib. 30. P.* tium, sed vide apud Sabellicum,  
*tit. 1.* lib. 6. Ennea. D. Aurel. Augusti.  
epistol. 18. tomo 2.

4 Civitas secundum Aristo-  
c *Aristotel. 1.* telem<sup>c</sup>, est civium societas. Hac  
*Politic. cap. 1.* deductione perfecta, quotidiana,  
inquit, societas, domus est: con-  
stans ex mare, & femina, & libe-  
ris, & servis. Quos ita coniunctos  
Charondas vocavit, *ἑμοσιν ὄντες*:  
Epemides Cretensis, *ἑμὸν δὲ πῦρ*.  
Societas autem, quæ utilitatis nō  
quotidianæ causa constituitur, di-  
citur pagus, ex coadunatione do-  
morum. Pagi à domibus propa-  
gati,

gati, propter diuifos confanguineos. Et rursum<sup>a</sup>, ſocietas quæ<sup>a</sup> *Ariſtotel. 1. Politic. cap. 2. & 3. Polit. c. 7.* ex pluribus pagis conſtituitur, dicitur ciuitas, viuendi gratia & bene viuendi conſtituta, totius ſufficientiæ finem habens. Iterum<sup>b</sup>, *b* *Ariſtotel. eod. lib. 3. cap. 1.* & ciuitatem dicit eſſe, quandam ciuium multitudinem, compoſitum quiddam, ex pluribus partibus & vicis, qui pro pagis ſunt. Vt Cicero<sup>c</sup>, hunc totum orbem, *c* *Cicero, in Sen. Scipio.* veluti vnā quandam ciuitatem ratione ſocietatis, dicit. Ea proprie<sup>d</sup> ciuitatem, coniunctio populi facit: vt urbem, coniunctio *d* *Cicer. 1. de republ. & pro Seſtio.* domorum: vrbs quippè receptaculum ciuium eſt, ab vruo, id eſt, Coruo vel aratro, quo cingebantur olim, & deſignabantur muri ciuitatum, teſte Pomponio<sup>e</sup>, & *e* *Pompon. in l. pupillus, l. 239. de verb. ſignifi.* Varrone<sup>f</sup>, qui & ab vrno, & ab orbe qui fiebat pro muris, ducitur. *f* *Varro, 4. de ling. l. 1. in P.* Et ita à Paulo Iuriſconf. vrbes dicuntur,

a Paul. l. 2. de  
verbor. signifi.

b Varr. lib. 9.  
de ling. lati.

c Gell. lib. 10.  
cap. 8.

d Barib. in ex-  
trauog. anthen.  
qui sunt vellet.  
in verbo Lombardie.

e Vicatib. vrbes  
can. in illis, an  
episcopi, 80. dist.

f in § in eccle-  
sia, de collat. in  
pragmat. sec. 6.

g §. statumus,  
ecc. tit. in cen-  
cord.

h cap. 1. de pri-  
uileg. lib. 5. de  
cret. tit. 33.

i Aristot. lib.  
Polit. c. 8.

cuntur, quæ intra murum tantum  
sunt<sup>a</sup>. Nunc tamen promiscuus  
est usus nominis, vrbis, & ciuita-  
tis, continensq; pro contento no-  
rarò sumitur: & ciuitas à ciuibus<sup>b</sup>,  
& pro ciuibus<sup>c</sup>. Ommitto itaque  
illa, quæ tradunt<sup>d</sup>, ciuitatem ha-  
bere debere; antequam talis di-  
eatur, Episcopum: videlicet quòd  
apostoli singulis præposuerint ta-  
les<sup>e</sup>: alias autem dici villas mu-  
ratas nunc<sup>f</sup>: hæc enim aliò refe-  
runtur; & non semper vrbes. Sunt  
tamen insigniores, ciuitates illæ,  
quibus præsum Episcopi<sup>g</sup>. Villas  
autem muratas, opinor oppida  
populosiora, cincta muribus, quæ  
tamen omnia quæ ciuitatem ha-  
bere vult Aristoteles<sup>h</sup>, non con-  
sequuntur. Vult enim ciuitatem  
veram sibi sufficientem esse de-  
bere; & suis legitimis partibus  
constare: nempe agricolis, qui vi-  
ctum

Etum conferant artificibus diuersis, quia multis instrumentis vita indigeat: pugnatoribus, qui magistratus tueantur, & eorum auctoritatem & vim externam propulsent locupletibus, ad pecunias habendas, quibus & bella & communia iuuetur: sacerdotibus, pro diuino cultu: iudicibus, pro utilitate & iustitia contrahentium.

§ Cæterum constituit sibi ius ciuitas, vel auctoritate propria suo iure, si ea libera sit, vel si subdita, auctoritate principis & indulgentia: vel eius approbatione. Idq; ciuibus efficit conuocatis omnibus, & simul conuenientibus ad dicendam sententiam, more solito solenni, voce præconis vel campanæ, modo quo congregari solent: sufficitq; si ex tribus partibus ciuium, duæ adsint & maior pars. In hoc iure

a l. per. de legat. lib. 10. C.

tit. 62. l. leges v. generales, de legib. C. lib. 1. tit. 17.

b glos. in l. 2. de decurio. lib.

10. C. in verbo solenniter.

c Vlpia. in l. 9. de decr. ab ord.

faci. lib. 50. P. si

videm Vlp. in l. 1. C. Paul. l.

4. quod cuius. v. nimerf. nom. lib.

P. str. 4. l. pen. & ibi glos. C. l.

sim. d. 27. de legatio. C.



<sup>a</sup> *Aristotel. 3. Poli. cap. 1.* civili, Aristoteles<sup>a</sup> considerandum esse tradit, quid sit ciuitas, quid ciues, & ex quibus ciuitas: quòd in controuerfiam sæpe veniat, num à ciuitate quid factum, an à potentibus tantum, an à tyranno.

6 Ciues generali nomine, qui in ciuitate resident & habent domicilium, dici possunt<sup>b</sup>. Tamen sola habitatio, ciues non facit: nam & tales essent peregrini & serui: nec ciues, qui ius fori habent & iudicij, quòd ius sibi querunt qui contrahunt. Quamobrè hæc perpendens Aristoteles tra-

<sup>c</sup> *Aristotel. 2. Poli. cap. 1.* dit, ciuem nulla re alia magis definiri, quàm participatione potestatis publicæ iudicandi & decernendi<sup>c</sup>. Latius, ciuis aut est originarius, aut non originarius. Ciues origo, hoc est, dum quis natus est in aliqua ciuitate, facit<sup>d</sup>:

nec

nec locus tantum natiuitatis propria, sed & paternæ, filium esse facit<sup>a</sup>. Et Cicero<sup>b</sup> sentit, Tor-<sup>a</sup> *d. l. assumptio*  
 quatum esse Æsculanum, quod<sup>c</sup> *d. l. 1. §. qui ex duob. ad municip.*  
 mater eius Æsculana esset: iure<sup>b</sup> *Cic. pro Syll.*  
 tamen communi, illud in matre<sup>c</sup> *d. §. qui duob.*  
 locum nõ habet sine priuilegio<sup>c</sup>.  
 Fit & extra originem, sed ad imitationem originis naturalis filiationis, per adoptionem & arrogationem. Ita is quoque ciuitatis<sup>d</sup> *d. l. 1. §. Pan- lus in l. origine l. 15. §. fin. Hermogenes in l. sed §. si is, ad municip. in P. d. l. cines de incol. lib. 10. C.*  
 est ciuis, cuius est pater adopti-  
 uus: quandiu illa adoptio durat,  
 non ultra<sup>d</sup>. Quare adoptatus,  
 est ex familia patris adoptantis,  
 & in eius ciuitate, & in aui quo-  
 que naturalis ciuitate, munera<sup>e</sup> *Paul. l. liber- tus, l. 17. §. in ad- optina, ad mun- nicip. in P. f. Luc. de Pen. in l. cines, de incol. lib. 10. C. g. cap. debitum, de baptis. cum similib.*  
 obire cogitur<sup>f</sup>. Lucas de Penna  
 etiam, eodem argumento recte  
 putat, eos esse quoq; eius ciuitatis  
 ciues, in qua baptizati sunt: quia  
 & generatio naturalis, & regene-  
 ratio spiritualis æquiparantur<sup>g</sup>.

Et isti possent dici originarij ciues, vt natiui. Tradunt tamen in-

*a Boer. refert interpretes, natum ex muliere peregrinante transcunte per ciuitatem,*  
*interprat. decisi. 22. num. 51.*

*b Boer. vbi sup. tem, eius ciuitatis non esse originarium ciuem<sup>a</sup>. Neque etiam filium rustici commorantis in dicta, per text. & strictu ciuitatis, natum in ciuitate:*  
*num. 49. Barth. consi. 173. incip. dubia occurren-*

*glia, in l. cum sci-*  
*mus circa finem,*  
*vers. in omnibus*  
*in verbo nati, de*  
*agric. & consi.*  
*lib. 11. C.*

*c. d. l. ciues, de*  
*incolis lib. 10. C.*  
*l. 2. de municip.*

*& originarijs,*  
*lib. 10. C. l. 1. &*  
*l. assumptio, §. si.*  
*& l. si quent. ad*  
*municip. P.*

*d. l. 1. ad municip.*  
*in P. l. senatores, de incol.*  
*lib. 10. l. 1. de mu-*  
*nicipib. & origi-*  
*gina. lib. 10. C.*  
*citra. 38.*

*e d. l. ciues.*

auocer<sup>c</sup>. Contineri & dicimus  
ciues

ciues ea appellatione, non solum  
 qui intra ciuitatem, sed etiam qui  
 sunt de comitatu, seu de territo-  
 rio eius<sup>a</sup>. Necessarium putant<sup>a</sup> Panor. in c.  
 interpretes, volentem gaudere<sup>a</sup> Redulphus, col.  
 priuilegiis ciuis alicuius ciuitatis,<sup>a</sup> 3. vers. venio ad  
 morari in ciuitate maiori parte<sup>a</sup> tertium, de rescr.  
 anni<sup>b</sup>; & in censu eius, & in pu-<sup>a</sup> gles. in cap. 1. in  
 blicis tabulis eius inscribi. Inter<sup>a</sup> verbo alienige-  
 allectos ciues, etiam is qui ex pri-<sup>a</sup> nas, de vsur. in  
 uilegio ius ciuitatis, sibi acqui-<sup>a</sup> sex. text. in l. qui  
 uir, vel confederatione<sup>c</sup>, vel alio<sup>a</sup> ex vico ad mu-  
 legitimo modo, reponendus est<sup>a</sup> nicip. in p. l. qui  
 Etenim cum mediocribus mul-<sup>a</sup> in cōtinētibz,  
 tis, & aut nulla, aut humili aliqua<sup>a</sup> de verb. signifi.  
 arte præditis, gratuito ciuitatem<sup>a</sup> l. cum de la-  
 in Græcia homines impertiebant<sup>a</sup> nionis in §. sabin-  
 tur: & iraper Rheginos, Locren-<sup>a</sup> nus, & ibi Al-  
 ses, Neapolitanos, Tarentinos,<sup>a</sup> beri. & Bartho.  
 adscriptū quoque etiam Archiā<sup>a</sup> desund. instruct.  
 Poëtam, ait Cicero<sup>a</sup>. & instrum. leg.  
 7 Duo apud Romanos ge-<sup>a</sup> Boerius, decisio  
 nera ciuium, vnum simplex, sine<sup>a</sup> 272. num. 2.  
 iure<sup>a</sup>

<sup>c</sup> vide latè Bo-  
 crimus, decis. 160.  
 num. 22. 23. 24.  
<sup>d</sup> Cicero, pro  
 Archia Poët.

a Cicero, pro  
Balbo.

iure suffragij ferendi in comitiis,  
quales erant socij belli socialis &  
Latini, quibus data est ciuitas le-  
ge Iulia, à Iulio Cæsare consule,  
tempore belli socialis lata<sup>a</sup>. Aliud  
genus ciuium, qui pleno iure ci-  
ues erant, qui ius suffragij habe-  
bant in comitiis centuriatis : in  
quorum numero comprehende-  
batur municipia, colonia, & præ-  
fecturæ Italiæ, vt ait Cicero ora-  
tione post reditum ad Quirites.  
Data ciuitas sine suffragio cam-  
panis equitibus honoris causa, qui  
noluerunt rebellare cum Funda-  
nis & Formianis<sup>b</sup>. Tale & ius  
datum Ceritibus<sup>c</sup>. Estq; quædam  
societas communis cum ciuibus  
Romanis, vt possint cum Roma-  
nis partem Reipublicæ gerendæ  
curam habere: quæ Græcis *ἑταῖρῶν*  
*ἑταῖρῶν*, quam Spurius Cassius La-  
tinis, vt Romanorum consan-  
guine

b Iunius, lib. 1.  
decad. 4.

c Gellius, lib.  
26. cap. 13.

guineis, concessit <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Dionys. Halicarnass. lib. 8.

8. Ciuium Romanorum iura olim plura, peculiariaq; illis tantum erant: ideo de ciuibus non parua erat controuersia. Nam ij ex lege Porcia & Sempronia, uirgis cædi, uinculis coërceri, capite plecti, nisi populi ipsius iudicio, non poterant <sup>b</sup>. Dehinc, ut ij soli hereditatem ciuis Romani testamentato capere possent <sup>c</sup>. Tertio ut possent iure Quiritam soli testamentum condere <sup>d</sup>. Quarto inter ciues, non cum peregrinis, tantum ius connubiorum legitimorum <sup>e</sup>. Quinto ciuibus tantum ius militare in regione Romana, & tantum illi beneficiarij milites <sup>f</sup>. Sexto patrie potestatis proprium ius <sup>g</sup>. Septimo ius suffragij, ut de re possent, & suffragijs ad magistratus eligi, erant & adoptiones, ius togæ ferendæ, & in summa

alia

<sup>b</sup> Liniu. lib. 8. decad. 3. Cicero.

pro domo sua.

<sup>c</sup> Cicero, pro

Arch. poeta, &

pro Cecinna.

<sup>d</sup> Cicero, pro

Archia poeta.

<sup>e</sup> Cicero, pro

Cecinna.

<sup>f</sup> Cice. ubi sup.

pro Archia, &

lib. 6. epistol. sa-

nial. epist. 10.

<sup>g</sup> S. I. de patr.

potestat.

alia quæ legum erāt Romanæ ciuitatis functiones beneficæ. Quæ omnia peregrinis, id est, non ciuibus, negabantur. Hocq; obseruabant singulare olim Romani, vt qui ciuis Romanus esset, alterius ciuitatis esse non posset: & si fieret, ius ciuitatis Romanæ amitteret<sup>a</sup>. Monet illud Cornelius Nepos<sup>b</sup>, dum loquitur de Pomponio Attico. Pomponius Atticus Romanus, cū Athenienses, omnibus quibus potuerūt ornassent honoribus, & ciuem eum facere studebant: is tamen eo beneficio vti noluit, quod nonnulli interpretantur, amitti ciuitatem Romanam, alia adscita. Porro, præcipuum privilegium antiquitus inter ciues, in legibus faciendis erat, vt apparebit, dum de lege agemus. Accesserunt & deinde immunitates à suppliciis, à tributis,

<sup>a</sup> Cicero, pro Cœcinnæ, & pro Balbo.

<sup>b</sup> Cornelius Nepos sen. Aemil. Prob. in vit. Attici.

tis, ac à multis aliis grauamini-  
 bus, quibus Romani ciues non  
 tenebantur. Peregrini autem in-  
 colæ vrbis tenebantur: nam illis  
 tantum vsus ciuitatis concessus,  
 non priuilegia. Et aliquando etiã  
 vsu vrbis prohibuere peregrinos  
 & eos exterminarunt, vt Petro-  
 nius apud patres fecit, & Papius  
 postea: quod sanè inhumanum di-  
 xit Cicero <sup>a</sup>. Pro magno benefi-  
 cio ideo erat ciuitate donari. Tu-  
 litq; legem Apuleius Saturninus  
 volens gratificari C. Mario, vt in  
 singulas Colonias Latinas, ternos  
 ciues Romanos facere posset.  
 Qua tamē lege nihil actum est <sup>b</sup>.  
 Legem quoque tulerunt L. Gel-  
 lius Publicola, & Cn. Cornelius  
 Lentulus dictam Corneliam &  
 Gelliam, qua potestas dabatur  
 Cn. Pompeio proconsuli, in Hi-  
 spaniam ad periculosum bellum  
 profic

<sup>a</sup> Cicero, 3. off.

<sup>b</sup> Cicero, pro  
Cornelio Balbo.



proficiscenti, ciuitate donandi  
cos, qui de Republica benè me-  
riti essent. Grauis autem reatus  
peregrinitatis quem subibāt, qui  
ciuitatem Romanam falso vsur-  
passent: quibus poena erat consti-  
tuta, vltimum supplicium<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Suetonius, in  
Clandio.

<sup>b</sup> §. constat, de  
iure natur. l. ius  
ciuile, §. fin. de  
insti. & iur. l.  
2. §. ita in cōsi-  
tate, de origine  
iur. in P.

<sup>c</sup> Demosth. con-  
tra Aristocra.

<sup>d</sup> Thucidid. 2.

9 Ius ciuile, vel scriptum, vel  
non scriptum est<sup>b</sup>. Aristoteles  
etiam libro de moribus in scri-  
ptum, & non scriptum diuidit.  
Ita & Demosthenes<sup>c</sup>, ius Athe-  
nienſium. Ita & Pericles apud  
Thucididem<sup>d</sup>.

10. Ius Romanorum scriptū  
ciuile, conflatum est ex legibus,  
senatusconsultis, decretis prin-  
cipum, magistratuum edictis<sup>e</sup>.  
Ita Cicero<sup>f</sup>, ius ciuile est, quod  
in legibus, senatusconsultis, rebus  
iudicatis, inſcriptorum autho-  
ritate, edictis magistratuum, mo-  
re, & aequitate consistit; vbi tamen,  
& non

<sup>e</sup> l. ius autē ci-  
uile, l. 7. de insti.  
& iur. P. expli-  
cat & hac Ale-  
xand. ab Ale-  
xandr. lib. 6. c.  
23. qua sunt.  
<sup>f</sup> Cicero, in To-  
picis.

& non scriptum coniungit.

II Lex secundum Romanorum ius, est quod populus Romanus, senatorio magistratu, veluti consule, constituerebat<sup>a</sup>. Plebiscitum, quod plebs plebeio magistratu rogante, veluti tribuno, constituerebat<sup>b</sup>. Quæ definitiones ad tempora proxima imperatoribus referendæ sunt, exactis regibus, vt ostenditur ex diuisione populi & plebis, consularis & plebei magistratus. Tempore namque fundatæ Romæ, vel Cæsarum non erant obseruata in lege sancienda, quæ postea irrepserunt, & quæ obrinuerunt; deuoluto imperio in Cæsares. Romulus author & Rex primus Romanorum, permisit populo, magistratus creare, ius belli inferendi, consiliumq; dandi, & sententiâ dicendi, iusq; legis sancientiæ<sup>c</sup>. Per cûriaru

<sup>a</sup> § lex est, de iure natur.

<sup>b</sup> d. §. lex.

<sup>c</sup> Dionys. Halicarnasim.

p

autem

autem suffragia, tunc leges sancitæ, & quicquid visum fuisset pluribus curiis, referri solebat ad senatum, quod sua ætate muta-

<sup>a</sup> Dionys. Halicarn. in 2.

tum scribit <sup>a</sup> Dionysius Halicarnasseus. Non enim, inquit, nunc senatus plebiscita, sed plebs senatusconsulta, comprobat. Sicut

<sup>b</sup> Livius, lib. 7. & Livius <sup>b</sup> tradit, senatus fuisse,

consensere: populi autem, iubere, dum ait de bello Macedonico scribens, senatus eam pacem servandam censuit, & paucos post dies, populus iussit. Vt & in lege 12.

<sup>c</sup> Cicero, 3. de legib.

tabularum sic scriptum: Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa vetita, cum suffragio cum sciscitentur, optimatibus nota, plebi libera sunt.

<sup>d</sup> Dionys. Halicarn. lib. 2.

12. Divisit tamen Romulus <sup>d</sup> populum, ordine, & dignitate: ordine uniuersam multitudinem primum in tres partes, quas tribus

us dixit, Græcis, φύλαι: Dehinc  
 singulas tribus, in decem partes,  
 quas curias dixit, Græci, φράτρας  
 & λόχους: qui præerant tribubus,  
 tribuni, Græcis, φυλαρχοί, & πρι-  
 τιαρχοί: præfecti autem curiis, cu-  
 riones., dicti. & phratriarchi &  
 lochoagi. Curiaë rursum, in de-  
 cem curias diuisæ, & ita decuria-  
 rum singularum præfecti, decu-  
 riones dicti. Dignitate porrò di-  
 stinxit populum, in patritios, &  
 plebeios: patritij nobiliores &  
 illustriores in populo, vnde sena-  
 tores & reliqui: ignobiles, plebis  
 appellatione dicti, E' quibus suc-  
 cessu temporis secreti equites, fa-  
 ctiq; tres gradus senatorum, e-  
 quitum, & plebeiorum: quamuis  
 latiore appellatione, sub plebis  
 nomine equites continerentur<sup>a</sup>.  
 Populus generale nomē est, con-  
 tinēs plebem, senatores, & equi-

<sup>a</sup>. Caius iurif-  
 consul. in l. plebs  
 de verb. signifi.  
 §. plebs, de iur. e-  
 naturali.

tes: in summa vniuersi ciues, populus.

13 Cùm itaque authoritate populi lex ferenda erat, conuocabantur vniuersi ciues comitiis centuriatis: si plebiscitum faciendum, in comitiis plebs tantùm tribunitiis populū rogabant magistratus senatorij, vt prætor dictator, consul, qui curiata poterant cogere comitia: plebem, eius magistratus tribuns pleb. verùm legem laturus magistratus, scribebat primùm domi, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem vel voluntatem rogaret, ne rogata pignantia capita continerent, ne quod lege iam aliqua antiqua statutum esset, sanciret. Scripta lege, si centuriatis vel curiatis comitiis esset sancienda, legislator seu author referebat ad senatum, antequam promulga

mulgiret, quia eius autoritate tantum ea comitia habebantur ex lege à dictatore P. Philone lata <sup>a</sup>, & Sylla <sup>b</sup>, vt maioris esset ponderis ex senatus autoritate: si tribunitiis, non semper fiebat relatio ad senatum: nam sine senatu habebantur ea comitia <sup>c</sup>. Legum item rogatores, priusquàm legem populo proponerent, concionem ad populum habebant, in qua necessitatem & vtilitatem legis proponendæ ostenderent: postea laudata intentione à populo, recitabatur, & proponebatur lex <sup>d</sup>, per trinundinum <sup>e</sup>. Tribus quippè postea diebus nundinarum aduocata concione, recitabatur populo & suadebatur: data interim cuilibet dissuadendi vel suadendi facultate <sup>f</sup>. Nundinarum quippè die, qui erat nonus, quo ad mercatum Romam cõueniebant

<sup>a</sup> *Linus, lib. 8. 1. decad.*

<sup>b</sup> *Appian. lib. 11. 1. bill. civil.*

<sup>c</sup> *Dionys. Halicarn. in 9.*

<sup>d</sup> *vide Dionys. Halic. lib. 10. & Linus lib. 3. decad. 1. dñ agit de legibus à decemviris propositis.*

<sup>e</sup> *Cicer. Philip. 1. & pro domo sua.*

<sup>f</sup> *Cicero, pro Fl. c.*

<sup>a</sup> *Macrob. lib. 1. Sat. 6. 19.* bant rustici <sup>a</sup> negotiis propriis vel mercibus prouisuri, vi legem Maniliam suaserit Cicero, dissuasit Catullus & Hortensius: & legem Agrariam Rulli, dissuasit Cicero <sup>b</sup>. Interim cum nundinis fas non esset haberi comitia, rogabatur populus, ut legem accipere vellet, monebaturque de die, qua essent habenda comitia, gratia ferendae legis, rogabatur ut adesse vellet. Sic rogatio legis illa erat promulgatio, comitia postea. Die comitiorum veniente, auspiciis capitis, conueniebant tribus & curiae, & secundum proprias prerogativas de lege ferenda, suffragia ferebant. Ante quidem leges tabellarias, ferebant ea voce, postea autem tabella suffragium dedit populus. Cum voce dicebatur, rogatores erant qui exciperent: inquam autem partem plures

res

res eiusdem cēturiæ inclinassent,  
 ea totius centuriæ sententia cen-  
 sebatur, quā deinde rogator per  
 præconem pronuciari iubebat.  
 Consentientis rogationi formu-  
 la erat, vti rogas<sup>a</sup>: negantis, se ro-  
 gatum antiquare<sup>b</sup>. Et voce in  
 suffragiis pro legibus ferendis v-  
 sus populus, vsque ad tribunatum  
 C. Carbonis, qui fuit anno urbis  
 conditæ 625. consulib. C. Sem-  
 pronio Tuditano, & M. Aquilio,  
 quo anno C. Papirius Carbo, le-  
 gem tulit, de legibus tabellâ iu-  
 bendis ac vetandis<sup>c</sup>. Duæ porro  
 tabellæ singulis dabantur, in vna  
 erat scriptum notis V. R. vti ro-  
 gas, quæ probabat: in alia, A. an-  
 tiquo, improbens. Diribitis seu  
 distributis tabellis, lecta lege, suc-  
 cedebant rogatores, qui cistam  
 deferebant, in quam populus ta-  
 bellam suffragij conijciebat<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> *Linum lib. 4.*

<sup>b</sup> *10. decad. 1.*

<sup>c</sup> *lib. 15. deca.*

<sup>d</sup> *Cicero. 2. de leg.*

<sup>e</sup> *Linum lib. 9.*

<sup>f</sup> *5. & 4. deca.*

<sup>g</sup> *Cicero. lib. 3.*

<sup>h</sup> *de legib.*

<sup>i</sup> *Cicero. 2. de leg.*

<sup>j</sup> *Diogenes. Ha-*

<sup>k</sup> *licar. Linum lib.*

<sup>l</sup> *45. Cicero in ora-*

<sup>m</sup> *tio. pro G. Cor-*

<sup>n</sup> *nelio.*



Postquam autem totius centuriæ suffragia collecta erant, tum educendis suffragiis adhibebātur custodes: quorum munus erat describere suffragia, ut ea centuriæ sententia renunciaretur, in quam plures inclinasse cōspiceretur: in hisq; erant plura alia observata, quæ longum nimis esset referre, quæ tamen collegit Gruchius lib. 1. de comitiis Romanor. cap. 4. apud quem ea videre poteris: hæc mihi proposuisse sufficiunt, pro

a §. lex est, de **explicatione Iustinianæ legis finitionis.** Iustinianus autem postea tradit & lege Hortensia factū esse, ut plebiscita eiusdem auctoritatis essent, & omnes tenerent, ac leges populi<sup>a</sup>: Horatiam vocat Livi<sup>b</sup>, latamq; M. Horatio, & L. Valerio consulibus. Hortensiam hanc à Q. Hortensio dictatore Plinius<sup>c</sup>, & Gellius<sup>d</sup>.

Quò

14 Quò fit, vt apud Gracianum, lex sit populi nomine definita: lex, inquit, est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus, aliquid sanxerūt<sup>a</sup>. *a can. lex est, 2. distinct.*

Qua finitione populorum liberorum leges etiam concluduntur, apud quos, ex eorum consensu, sibi legislatores leges statuerunt, & legum condendarum formulas. Vt Athenis præsidente Pyrrhadoro, oligarchia constituta, & visum populo triginta eligi debere viros, qui patrias leges conscriberent, quibus Respublica regeretur. Hi fuerunt<sup>b</sup> Polyarches, Critias, Melobius, Hippologhus, Euclides, Hieron, Menesilochus, Chremon, Theramenes, Onomacles, Theognis, Æschines, Theogenes, Cleomedes, Erasistratus, Phidon, Dracontides, Eumathes, Aristoteles, Hippomachus,

*b Xenophon;  
lib. 2. rerum  
Gracianum.*

chus, Mnhesitides. Solon in legibus suis, hoc etiam inter cætera instituit, cùm lex aliqua rogatione ad populum ferretur, vt à legiflatore primùm recitaretur: deinde, vt in loco celebri conspicuòve proscriberetur, ad statuas videlicet eorum qui eponymi dicebantur, à quibus decem tribus nomen habent Athenis (authore Suida, in verbo ἐπώνυμοι) ad tertiam concionem vsque: inde scribæ vt daretur, palàm pro concione legenda, vt si cui quicquam nō placeret, id in medium proferret: & si ea tum quoque populo placuisset, ita demum postea nomothetis daretur exploranda, qui vt

<sup>a</sup> Demosthe. in eam probassent, improbassent-  
Leptinem.

<sup>b</sup> Demosthenes, ve, proferrent, antiquarentur.  
contra Andro- Addita & alia lex <sup>b</sup>, μὴ πρότερον  
tion. & ibi. in εἰς τὸν δῆμον ψήφισμα ἐκφέρειν, ὅτιν  
argumento Li- ἐν τῇ βουλῇ δοκιμαδεῖν, id est, Ne  
banus.

prius

prius ad populum decretū, quàm  
 à senatu probatum esset, deferre-  
 tur. Postea autem plebiscita A-  
 thenis in Matroo, sic dicto serua-  
 bantur, vt ait Leoniceus<sup>a</sup>. De  
 aliis populis, adhibuisse quoque  
 sibi prudentes, non est quod refe-  
 ram, cum Theodoretus<sup>b</sup>, catalo-  
 gum retexat & indicet: quod Mi-  
 nos, dedit Cretensibus: Charun-  
 das, Siculis Italisq; ciuitatibus: Za-  
 leuchus, Locrésibus: Lycurgus, La-  
 cædemoniis: Apis, Argiuis: Mne-  
 son, Phocensibus: Demonactes,  
 Cyrensis: Pagundas, Acheis:  
 Archias, Cnidiis: Eudoxus, Mile-  
 siis: Philolaus, Thebanis: Pitta-  
 chus, Mitilinsibus: Nestor, Py-  
 thiis: Zoroadas, Persis: Solon, Dra-  
 co, Clisthenes, Atheniēsis: Ro-  
 manis & plures legislatores &  
 aliis gentibus ex successu tempo-  
 rum, quos colligere tediousum, &  
 sine

<sup>a</sup> Leoniceus,  
lib. 3. cap. 19.

<sup>b</sup> Theodoretus,  
lib. 5. contra in-  
fidel. de cura.  
Græcar. affl.

a quædam ha- sine vtilitate videtur<sup>a</sup>. Ex qui-  
 bes enumeratos bus tamē omnibus, & ex coniu-  
 in can. 1. & 2. ctione prudentum & populi, vi-  
 7. distinct. apud detur conflata Demosthenis<sup>b</sup>, &  
 Gratian. Papiniani<sup>c</sup> legis finitio: vt sit cō-  
 b Demosthenes, mune præceptum, vitorum pru-  
 in Aristogiton. dentum consultum, delictorum,  
 refert Martian. quæ spontē vel ignorantia com-  
 iuriscons. l. 2. de mittuntur, coërcitio, communis  
 legib. in P. Reipub. sponsio. Aristoteles quo-  
 c Papinianus que<sup>d</sup>, leges sunt, vt summatim  
 l. 1. de leg. in P. dixerim, ciuitatum publici con-  
 sensus, qui scriptis terminant at-  
 que imperant, quid vnumquod-  
 que agendum sit.

15 Senatusconsultum, alia  
 scripti Romani iuris species: ve-  
 rùm ab initio, ex Romuli præscri-  
 pto, senatui libera non fuit legis  
 potestas, at effectum tandem, vt  
 e l. 1. § deinde quia difficile, de  
 origi. iur. l. Item potestas, at effectum tandem, vt  
 l. 20. §. prator, de cum difficile congregaretur po-  
 petiti. hered. P. pulus comitiorum causa, senatus  
 Dionys. Hali- populi loco<sup>e</sup> cōsuleretur, quodq;  
 carn. lib. 11. diu

diu obtinuit. Forſan idipſum ſenſit  
 Cornelius Tacitus, dum ſcribit: Tum, inquit <sup>a</sup>, primùm è cam<sup>a</sup> *Cornel. Tacit. lib. 1. Annal.*  
 po comitia ad patres tranſſata ſunt, nam ad eam diem, etſi po-  
 tiſſima arbitrio principis, quædam tamen arbitrio tribuum fie-  
 bant. Sic verè reſponſum, non ambigi ſenatum ius facere poſſe <sup>b</sup>. Retinuitq; aliqua ex parte <sup>b</sup> *l. non ambi- gitur, de leg. P.*  
 ſenatus authoritatẽ ſuam hæc, tranſſata etiam in principem le-  
 gis condendæ facultate <sup>c</sup>. Et quædam per ſe ſenatus ſine populo <sup>c</sup> *l. 1. de ſena- tus conf. C.*  
 decreta, firma & ſolennia ſolitus erat facere, legis inſtar: Non enim  
 is à principio iudiis comuni- bus, ſed rebus & negotiis regni & imperij curam adhibebat, vt  
 docemus de ſenatoribus agentes. Sic lege 12. tabularum cautum <sup>d</sup>, <sup>d</sup> *Cice. in legib.*  
 Senatus eſto, eius decreta rata ſunto, is ordo vitio vacato. Quã-  
 obrem

obrem senatusconsulta lata, in  
ædem Cereris ad ædiles plebis  
deferabantur, quæ antea arbitrio  
consulum supprimebantur, nun-

a *Linium, in 3.*

ciabanturq; : neque amplius in  
potestate senatus erant, sed ærii  
vbi & leges ære incisæ asserua-

b *Cicer. Phil. 5.*

bantur<sup>b</sup>. Postea etiam anno vr-  
bis 744. cum ædiles & tribuni ne-  
gligentius id munus exequeretur

c *Dion Cass.  
lib. 54. histor.  
Rom.*

tempore Octouiani quæstoribus  
data<sup>c</sup> cura: sed & ea firmiora quæ  
per tribunos pleb. subscribebantur:

ij enim ante valuas curiæ, nã  
in eam intrare illis non licebat,  
subsellis positis, decreta patrum

attentissima cura examinabant,  
vt si quæ improbassent, rata esse  
non sinerent: si probassent litera,

T. subscriberent, qua litera signi-  
ficabant, illa quoq; tribunos cen-

d *Valer. Maxi.  
lib. 2. cap. 1.*

suisset<sup>d</sup>. Vocat Liuius<sup>e</sup> hanc exa-  
minationem, intercessionem, nos,

e *Linium, in 3.*

*oppositi*

*oppositio*n. Exigebatur in rato senatusconsulto, vt saltem, ex lege Cornelia<sup>a</sup>, ducenti senatores<sup>a</sup> *Ascon. praed.* interessent, qui sententiam de eo dicerent, in aede sacra sacrificio peracto fieret<sup>b</sup>: ante Octouiani<sup>b</sup> *Gellius, lib. 14. cap. 7.* tamen tempora 400. exigebantur<sup>c</sup>, ne ante solis exortum, vel<sup>c</sup> *Dion Cass. lib. 54. histor. Rom.* post solis occasum fieret<sup>d</sup>: Nec duo eodem die fierent. Vnde Capitolinus<sup>d</sup> *Gellius, lib. 3. cap. 18.* singulare notat de Gordiano, quòd is senatusconsulti nouo genere cùm aliud eodem die factum esset, inductus in curiam Cæsar appellatus sit.

16 Proximè accedit ad auctoritatem senatusconsultorum, iudicatum. Nam & Marcus Tullius Cicero<sup>e</sup>, ius ciuile quoque ait<sup>f</sup> *Cic. in Topic.* esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis magistratum, more, & æquitate consistit.

Atque



<sup>a</sup> *Quintil. lib. 7. in iust. c. 5.* Atque Quintilianus<sup>a</sup> tradit, constitutionem esse in lege, more, iudicato, pacto: quia & res iudicata,  
<sup>b</sup> *l. ingenuum, de statu homi. in P. l. res iudicata, de regul. iur. in P.* pro veritate habetur<sup>b</sup>. Ceterum, hoc de iudiciis omnibus intelligendum non est, cum hæc admittant distinctionem, de qua Deo fauente, loquemur: dum agemus in iudiciis, de sententiarum authoritate. Et in summa, iudicatum, ius dicitur, habita ratione non eius quod iniquè à magistratu decernitur, sed eius quod statui debebat<sup>c</sup>. Sunt plura senatus consulta corpore iuris ciuilis conclusa, quæ vim legum hodie obtinent, vt Macedonianum, Orficianum, Trebellianum, Velleianum, & similia. Et Theodosius & Valentin. voluerunt etiam, leges nouas ex senatus consilio approbati, & publicari<sup>d</sup>.

17 Sed de principum placitis dica

dicamus. Ea sunt, vel plurium simul Rempublicam administrantium, vel vnius. Dum plures administrant, aristocratia vel oligarchia dicitur; quæ à democratia, in qua populi est imperium, differt. Verùm quæ vnius est monarchia, diuersa est, & ad vnius arbitrium leges recipit: interdum vi occupato regno, interdum electione, interdum successionem, ad vnum deuoluto imperio. Principū potestas, probabilior illa est, quæ volentibus subditis, imperat, & quæ populos pascit & regit: non spoliatur, aut diuexat. Et id ferè omnium gentium consensu receptum est, habere aliquem rectorem, & ducē, pastorem, meliusq; se habere sub eo sapiente, quàm si quilibet imperet, & quilibet pronutu leges sibi statuatur: veluti pastorem armēta lubenter sequun-

q tur,

tur, & audiunt. Quod collige ex cap. 8. 1. Reg. vbi filij Israel dicunt Samueli: constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & ceteræ habent nationes. Quod & Samuel iussu domini fecit, sed prius contestatus populum, legem potestatis regie explicauit, dicens: hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, &c. Quam & acceptauerunt Israelitæ, & in regem suum ius transtulerunt. Sic primum sibi Deiocem regem Medie constituerunt, vt illius bonis legibus regerentur<sup>a</sup>, & ad sua quisque opera diuertens, nusquam ab aliquo impunitate scelerum, violarentur: & hæc illis regia lex. Hetrusci quoque, in regem sibi asciuerunt Tarquinium Priscum Romanorum regem, suumq; in eum transtulerunt imperium, conditionibus, quod is neminem Hetruscorum

rum occisurus esset, exilio, pecuniave mulctaturus: quod ciuitates ipsas, sine præsidiis relinqueret, & sine exactionibus, easque suis legibus viuere permetteret, nihil mutato statu Reipubl.<sup>a</sup> Fuit<sup>a</sup> *Dionys. Halicarnassian.*  
 & antè, imperiū exordiente Romulo, ab eodem lex regia posita, in qua quid regi, quid populo, quid senatoribus permetteretur, scriptum erat<sup>b</sup>. Aque tunc coepit<sup>c</sup> populus manu, id est, potestate regis<sup>c</sup>, gubernari: At regibus expulsis in populum ius recidit, postea in decemuiros, dehinc in populum, & consules annuos, in dictatorem, & rursus ad populum: qui tandem postea lege regia de imperio perpetuo lata, in imperatorem transtulit potestatem<sup>d</sup>. Antea namque annum consulibus, vel semestre dictatoribus erat. Non tamen statim

<sup>a</sup> idem Dionys. Halicarn. in 2.

<sup>c</sup> l. 2. de origin.

<sup>iur.</sup>

<sup>d</sup> §. sed & quod principi, de iure nat. l. 1. de offic. praefect. praetor. lib. 1. l. 1. tit.

u. l. 2. §. nouissime, de orig. iur. l. 1. de constitut.

princ. in P. l. 1.

§. hoc etiam nihilominus, de re

ier. iur. encl.

perpetuum translatū imperium in Cæsares à populo, vt quidam arbitrantur, sed postea vsurpatione eorum, & conuiuentia populi tale illis concessum. Nam vsurpauit sibi imperium quidem Iulius Cæsar, vt antè Sylla dictaturam. Post hos autem Octavius Cæsar, primus ad tempus ex consensu populi accepit curam imperij, rexitq; illud principio per decennium: postea eo exacto per renouationem decennij perpetuò gessit. Subinde post eum, vt perpetuò regerent imperiū contigit Cæsaribus. Quae de re verba

2 Ioan. Zonaræ, tomo 2. in  
vñ a Oßanñ.

Ioannis Zonaræ hæc sunt, de Augusto loquentis. ἵνα δὲ π μοναρχικὸν διοκοίη φρονεῖν, ἐς δέκα ἔτη τιμῇ ἀρχὴν τῶν ἀπονεμυθέντων αὐτῷ κατεδέξατο: ποσὸν γὰρ χρόνον αὐτὰ κατεδήσειν ὑπέχετο, λόγῳ ταῦτα ἐπαγγελόμενος τῆς γὰρ δεκαετίας περανθεῖ

ρανθείσης, ἔτερα πέντε ἔτη. εἴτ' αὖ-  
 ρις πέντε, καὶ μετὰ τέτο δέκα, καὶ  
 ἕτερα πάλιν πέντε αὐτῷ ἐφηφίθη ὥς ε  
 τῇ πῶν δεκαετείδων διαδοχῇ δια  
 βίς μοναρχῆσαι αὐτὸν. κάλει εὐθεν καὶ  
 οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες, καὶ τοῖ  
 διαβίς ἀποδοικνύμενοι ὁμοίως δια  
 τῶν δέκα ἐτῶν αἰεὶ ἐτέρας ὡς αὖ-  
 ρις τῷ τὴν ἡγεμονίαν ἀγατεύμενοι,  
 id est, Ne quid regium præ se fer-  
 ret Augustus, in prouincias sibi  
 attributas, imperium ad decen-  
 nium accepit, quanto tempore  
 se illas pacaturum pollicebatur:  
 sed ea nimirum verba erant, fini-  
 to enim imperio, quinquennium,  
 deinde alterum quinquennium,  
 post decennium, mox alia quin-  
 quennia ei decreta sunt, vt de-  
 cenniorum successionē, per om-  
 nem ætatem, solus rerum po-  
 tiretur. Vnde factum est, vt im-  
 peratores qui illum secuti sunt,

cum in omnem ætatem crearentur, tamen decimo quoque anno festum agerent, imperium quasi renouantes. Et eadem ferè scri-

a Dion Cassius,  
lib. 52. histor.

bit Dion Cassius<sup>a</sup>. Qualis autem data sit potestas imperatoribus, in illa translatione sic etiam scri-

b Zonar. ubi  
suprà.

bit idem Zonaras<sup>b</sup>, πᾶσα δὲ ἐξουσία ἢ τε τοῖς παλαίοις ὑπ᾿ αὐτοῖς τὸ παλαιὸν διδομένη, καὶ ἢ τοῖς σιμαρχοῖς, καὶ ἢ τοῖς πρηνήσιν καὶ τοῖς ἀλλοῖς ἅπασιν τοῖς ἀντοκράτορσι δέδοται. καὶ προσέτι λεγούσης τῶν νόμων ἐδόθη ἀνδρῶσι, τῶν ἔστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πᾶσιν τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι, καὶ μηδενὶ ἰσχύων ἐνέχεσθαι, id est, omnis potestas, quæ consulum, tribunorumque, censorum, ceterorumq; denique olim fuerat, in imperatores est translata, atque illis etiam datum, vt legibus soluti essent, hoc est, à legum necessitate liberi essent, & nulla earum

rum

tum tenerentur<sup>a</sup>: Ad illos postea quoque solum, ius interpretandi, vt interpretatio scilicet sit pro lege, cum iure fanciendi translatum<sup>b</sup>.

18 Proinde voluntas omnis principis expressa, legis vim habet<sup>c</sup>, si eo animo princeps proferat, vt seruetur: alter enim omnia principis placita vel voluntates, leges non sunt, nisi in ea sententia sit, vt velit pro lege seruari. Quemadmodum nec omnis interlocutio iudicis, sententiæ vim habet, nisi ea mente pronuncietur<sup>d</sup>.

19 Itaque tres modi sunt, quibus princeps significare potest voluntatem suam pro lege habendam: per epistolam, per decretum, per edictum. Epistola est, iussus literis consignatus<sup>e</sup>, absentibus missus, vel rescriptus: ta-

<sup>a</sup> quod & firmatur l. princeps, de legib. in P. l. ex imperfecto, de testam. C. b l. 1. & fin. C. de legib. & in nonella 139. &

<sup>c</sup> §. quodcumque, de iur. nat.

<sup>d</sup> Dioclet. & Max. in l. ex stipulatione l. 7. de sent. & int. comm. iudi. lib. 7. C. tit. 45. Gord. in l. in

terlocutis, Phil. & Philip. in l. programma, tit. comminat. epist. C. lib. 7. C. tit. 57.

<sup>e</sup> l. 2. si mand. ita venier. no profit. lib. 4. C. tit. 56.



a *l. 2. de his qui sint sui vel alie. iur. § si d & dominorum, cod. ap. Iustinian.* *b §. si plures, de fideiussor. Iulius Paul. lib. 1. §. 1. tit. 20. l. inter l. 26. l. si testan. into l. 41. §. 1. de fideiussor. in P.* *c c. 1. §. sancti, in p. am. decret. sen. 1. 19. distin. sen. 1. 20. distin. exm. similib.* *d can. licet, 10. quæst. 3.* *e l. ann. hi, de transf. in P. §. l. 3. C. de leg. 3. Iulia. l. Titim, l. 24. & Scio l. quidam ad credit. 26. de confis. pec. in P. Papin. l. mihi ad sororem, de leg. 20.*

lis epistola Pij, ad Ælium rescripta, de cohibenda seueritate nimia dominorum in seruos, pro lege in iure est<sup>a</sup>. Et epistola Adriani, qua datur beneficium diuisionis fideiussoribus<sup>b</sup>. Dicitur & epistola rescriptum, & epistola decretalis, si aliquid in ea statuatur<sup>c</sup>: potestq; & generalis<sup>d</sup> & specialis esse, vt & leges generales, & speciales sunt. Oratio quoque eo nomine potest contineri imperatorum, quam alij illorum nomine recitabant in senatu, quæ & pro lege erat: qualis illa, quæ de alimentorum transactione statuit<sup>e</sup>, & similes<sup>f</sup>. Sufficit enim, dummodo constet de voluntate principis, quæ & per epistolam exprimitur: sicut etiam per epistolam priuatorum: consensus efficax & expressus arguitur inter priuatos<sup>g</sup>. In quibus tamen non

idem

idem priuilegium legis, quod non conceditur alij, quàm principi. Neque enim vel rector prouinciæ potest, per epistolam sententiam ferre<sup>a</sup>: quia sententia palam litigantibus à iudice proferri & legi debet<sup>b</sup>. Cæterum illud, quod à principe lege sancitur, pro iure recipitur: propter munus, quod, vt iustè iudicet, illi concessum est, & si sapè malè statuat<sup>c</sup>. Aliter non quicquid dicunt faciuntq; principes, iustum est censendū, vt ait Plutarchus<sup>d</sup>, ea ratione reprehendens Anaxarchum Abderitam Sophistam, quòd Alexandrum Magnum consolaturus mœstum, quòd Clytum amicissimum præ calore iracundix obuiū occidisset, dixerit cum non oportere perhorrescere reprehensionem: quòd vicisset, vt imperaret & dominaretur, non

<sup>a</sup> *Alexand. in*<sup>b</sup> *l. 2. comminat.**epistol. &c.*<sup>c</sup> *l. 1. de sent.**ex peric. recit.*<sup>e</sup> *l. pen. de iust.**& iur. P.*<sup>d</sup> *Plutarch. in**vita Alex.*

vt falsa reprehensione pareret aliis: dicensq; Ioui Dicem & Themim assidere, vt quicquid à principe gestum fuerit, fas iustumq; censeatur. Eademq; reprehendit Iulianus, ad milites sermonem habens, apud Ammianum Marcellinum<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Ammian. Marcellin. lib. 23.

20 Per decretum princeps statuit legem, cognoscens de ne-

<sup>b</sup> d. 2. & fin. C. de legib.

gotiorum meritis<sup>b</sup>. Dicitur porro decretum, id quod quid siue

<sup>c</sup> Vlp. in l. nec quicquam l. 9. §.

iudex, vel princeps, sedens pro tribunali, facta examinatione cō-

<sup>c</sup> Vbi decretum, de offic. proconsul. lib. 1. P. tit. 16.

trouersia, statuit in causa propo-

<sup>c</sup> l. 3. §. si causa cognita, de bon.

sita<sup>c</sup>. Sed non omnia iudicum decreta, legis vim habent, sed

<sup>c</sup> posses. lib. 37. P. tit. 1.

tantum quæ sunt principis: quæ in

<sup>d</sup> d. l. 2. & fin. de leg. C. l. 1. §.

similibus negotiis legem constituunt, nisi decreta singulari iure

<sup>c</sup> fi. de consti. prin. c. in causis cap.

& indulgentia, fuerint composita<sup>d</sup>. Verum adhuc, in hac decre-

<sup>c</sup> 19. de sent. & re indic. lib. 2. de-

cretis. tit. 37.

tali principis sententia, breuiter

cum

cum Angelo Aretino<sup>a</sup>, obser-<sup>a</sup> *Angel. Aret.*  
 uanda est distinctio. Num cogno-<sup>in § sed & quod</sup>  
 scendo, princeps definiat nego-<sup>principi, ad ver</sup>  
 tium interlocutoriè, aut definiti-<sup>sic. quodcunque,</sup>  
 uè: nam si interlocutoriè, eius sen-<sup>de iur. natur.</sup>  
 tentia non inducit legem, in aliis  
 similibus negotiis seruandam<sup>b</sup>. <sup>b</sup> *L.2.C. de leg.*  
 Quia interlocutio nō habet per-  
 fectam rationem, quæ in legibus  
 exigitur. Et perfectio & imper-<sup>c</sup> *l. metum, l. p.*  
 fectio ius variat, vt ait Vlpianus<sup>c</sup>: <sup>c</sup> *§. sed si prator,*  
 nisi princeps, vel iudex etiam, ad <sup>de eo quod met.</sup>  
 imperfecta ordinanda eius gene-<sup>cau. lib. 4. P.</sup>  
 ris, ordinem constituat, eumq; in <sup>titu. 2.</sup>  
 aliis similib<sup>9</sup> seruari expressè san-  
 ciat, cuiusmodi sunt constitutio-  
 nes, quæ ad litium decisionem  
 pertinent<sup>d</sup>. Quod si princeps de-<sup>d</sup> *in l. vni. §. fi.*  
 finitiuè in iudicio decernat, etiā-<sup>C. de no. C. faci.</sup>  
 num adhibenda est distinctio: si  
 præsentibus partibus secundum  
 ius iudicet, & tunc ius nouum  
 non videtur statuere: si contra vel  
 præter

a *l. fi. C. de leg.* præter ius, contrà<sup>a</sup>, præsentibus  
 b *l. hominum,*  
*C. de testam.* partibus, & adfistēte potissimūm  
 peritorum hominum consilio<sup>b</sup>.

Si enim absint, statutum potius  
 c *l. qui repn-*  
*diantis, l. 7. § fi.*  
*de inoffi. testam.* contumaciæ, quàm merito causæ  
 adscribitur<sup>c</sup>.

*lib. 5. P. tit. 2. l.* 21 Edictum porrò, est gene-  
 & *ide, de exin-*  
*§ 10. lib. 21. P. ti.* ralis constitutio, iubens aliquid  
 2. l. cum de con- vel prohibens, eaq; vniuersalis,  
*suetudine, l. 33.*  
*de legib. P. ibi,* in forma legis promulgata<sup>d</sup>: qua-  
 cōtradietorio in- le illud, quod à Cæsare Augusto  
 dictio.

d *l. 3. C. de leg.* promulgatum, vt describeretur  
 e *D. Luc. 2.* vniuersus orbis<sup>e</sup>. Estq; constitu-  
 f *ean. constitut-*  
*sto, 2. diff.* tio edictalis propriè principis<sup>f</sup>.

Solebant & principes leges, quas  
 statuere decreuerant, ad senatum  
 mittere examinandas, si quid no-  
 ui in causis publicis vel priuatis  
 sanciendum esset: postquam pro-  
 ceribus sacri palatii, scilicet prin-  
 cipis sacro placuissent consilio.  
 Subinde delegatæ leges exami-  
 nandæ coram senatu dictabātur,  
 & re

& recensēbātur:& in sacro post-  
 ea principis consistorio, authori-  
 tate principis firmabantur<sup>a</sup>. Pro-  
 inde in subscriptione legum co-  
 dicis, inueniuntur literæ D. & PP.  
 quæ significāt dicta vel proposita.

<sup>a</sup> *l. humanum,  
l. s. de legib. C.*

22 Magistratum edicta, af-  
 finitatem quandam cum edictis  
 principum habere videntur, ea  
 quæ à prætoribus fiebant: sed illa  
 erant annalia ab initio, vt & an-  
 nuus erat illorum magistratus.  
 Qui plurimum authoritatis tri-  
 buebant, inquit Cicero<sup>b</sup>, legem<sup>b</sup> annuam eius esse dicunt. Magi-  
 stratus, prætores scilicet, qui ho-  
 nores gerunt, authoritatem huic  
 iuri dederunt<sup>c</sup>.

<sup>b</sup> *Cic. 3. Verri.*

<sup>c</sup> *§. prætorum,  
de iur. natur.*

23 Condebat autem legem  
 perpetuam & annuam Prætor:  
 perpetuam, si interrogaret de le-  
 ge populum<sup>d</sup>: annuam autem, ra-  
 tione iurisdictionis, qua poterat  
 ius

<sup>d</sup> *§. lex est, cod.*

ius per æquitatem & corrigere, &  
 a Papin. in l. interpretari<sup>a</sup>. Cœpit & paulò  
 ius autem civile pōst, ius prætorium ex annali per-  
 l. 7. §. ius præto- pētuum fieri, & tantæ authorita-  
 rium, de inst. & tuis, ac ius civile<sup>b</sup>. Fuit quoque alia  
 inr. cum similib. tis, ac ius civile<sup>b</sup>. Fuit quoque alia  
 ibi à glos. nota. ratione perpetuum, & tempora-  
 Fenestel. de ma- le edictum prætoris: perpetuum,  
 gistrat. c. 19. Li- quòd ea ratione, vt perpetuum  
 nius, in 5. & c. effec, in albo proponebatur pu-  
 Blondus Trium- blicè descriptum: vt illud gene-  
 phan. Rom. 2. rale, pacta seruabo, quod omni-  
 b §. sed cum bus conueniebat. Temporale au-  
 paulatim, de tem erat interdictum inter singu-  
 testamen. lare, pacta seruabo, quod omni-  
 c vt in l. si quis bus conueniebat. Temporale au-  
 id quod, de in- tem erat interdictum inter singu-  
 risd. omn. indic. gulares personas pro negotiorū  
 lib. 2. P. tit. 1. occurrentia<sup>d</sup>. Itaque ex edictis  
 d §. 1. de interd. prætorum, & ex eo quòd frugi in  
 apud Iustinian. prætoris iurisdictione inuentum  
 Vlpia. in l. præ- est, Iustinianus leges suas corpo-  
 tor ait, l. 20. §. 1. ris istius iuris civilis compleri ius-  
 de non. oper. nun- sit, dispositione adhibita<sup>e</sup>.  
 ciat. lib. 39. P. fit, dispositione adhibita<sup>e</sup>.  
 e l. meminimus, 24 Portio iuris honorarij seu  
 l. 15. vers. sed sub- prætorij, consistit in edictis ædi-  
 siliore, de legit. lium<sup>f</sup>: quia prætorū quoque co-  
 hered. lib. 6. C. gnitio  
 titu. 37.

gnitio & cura erat, in tutandis  
 ædiliū legibus <sup>a</sup>: Vt & appella-  
 tione prætoriarum stipulationum <sup>a</sup> *l. i. de iur. l. i. de cloac. in p.*  
 veniunt ædilitiæ <sup>b</sup>. Hæc quoque,  
 quæ de prætoriorum edictorum <sup>b</sup> *§. prætorie stipulationes, de iuris. stipulat. l. i.*  
 auctoritate dicta sunt, extendi  
 par est ad proconsulum edicta, <sup>c</sup> *§. prætorie, de verbor. oblig.*  
 qui in consulari prouincia plenif-  
 sima iurisdictione ysi sunt, vt om-  
 nium magistratuum vrbano-  
 rum partes, in prouin-  
 cia demandata illis cōpeterent <sup>c</sup> *l. si in ali- quam, in princ. & fin. & l. sequenti, de offic. proconsul.*  
 Ita quemadmodum Romæ, præ-  
 tor vrbani <sup>d</sup>: sic in cōsulari pro-  
 uincia, procōsul: in prætorie, præ-  
 tor edicta proponebāt, quæ pro-  
 uincialia appellabantur: de qui-  
 bus quædam tradit Cicero in Ver-  
 rinis, & in proconsulatu suo <sup>e</sup> *Buda. in l. 2. de statu homi.*  
 Atticum, Budæus <sup>f</sup>, Alciatus <sup>f</sup>, An-  
 ronius Augustinus <sup>g</sup>. *f. Alciar. lib. 2. diffin. c. 27. & titul. de edend. g. Ant. Augu. lib. 2. amend. c. 3.*

25 Iurisconsultorum tanta  
 porro olim auctoritas, vt illi ali-  
 quando



quando responderent cōtra con-

a *ut in l. 1. §. Institutiones principis*<sup>a</sup>.

*quantū, de abi-*  
*genis, lib. 47. P.*

*tit. 14.*

b *l. 2. §. fin. de*  
*origin. iur.*

c *§. responsa pru-*  
*dentum, de iur.*  
*natura. gent. &*  
*civil.*

d *l. 1. C. de leg.*

e *l. 1. §. nostram*  
*autem, de veter.*  
*iur. enuclea. C.*

26 Responsa prudentū itaque eorum sunt, quibus autoritas respondendi de iure pro beneficio data erat<sup>b</sup>. Quare ea responsa pro legis dogmate habebantur<sup>c</sup>. Ex quibus & Iustinianus iussit pandectarum libros consarcinari, pleniorēq; & legum dedit auctoritatem: cū aliquando responsa iuriconsultorum tantæ non fuerint auctoritatis, translata videlicet interpretandæ & constituendæ legis in principem potestate<sup>d</sup>. Neque etiam quibus datur iura interpretandi nunc facultas, eius sunt auctoritatis, ut responsa eorum vel interpretationes, vim legis habeant: imò expressè iuris illæ interpretationes extra leges illis inhibitæ<sup>e</sup>. Sunt tamen eorum sententiæ, non quidem

dēm necessaria, sed probabiles<sup>a</sup>. a glsf. in rub. C. de legib. vide hac de re Felin. in c. 1. de consti. nume. 34. & 35. ubi & quid se- qui debeant iudices.  
 Et possunt iudices sequi ea, quæ  
 consuluntur à doctoribus vel iu-  
 risperitis, si inter se consentiant,  
 & si illis interpretatio eorū pla-  
 ceat, exemplo Alpheni antiqui  
 iurisconsulti<sup>b</sup>. Et facili negotio  
 recipitur, quod inter omnes pru-  
 dentes æquum videtur<sup>c</sup>. Com-  
 miserunt & Cæsares, peritorum  
 examen & probationem<sup>d</sup>, legū  
 professoribus; & hoc iure etiam  
 in Gallia, & alibi ferè omnes v-  
 tuntur. Ex superioribus legum  
 generibus, ius ciuile scriptū Ro-  
 manum, vt diximus, tempore Iu-  
 stiniani conflatum est, & autho-  
 ritate donatum. In hoc sunt quin-  
 quaginta Pandectarum libri, di-  
 uisi in septem partes, vt monui-  
 mus antea, vulgò in tria digesto-  
 rum volumina.

27. Pandectarū namque no-  
 men

men & digestorum, pro vno nomine & opere vno, accipitur: verum, vnum Latinum à digero, quòd ius priscum in illud opus digestum & coordinatū sit: aliud autem nomē Græcum, *πανδέκται*, nempe à *πᾶν καὶ δέχεται*, quia omnia collecta inibi sunt, quæ ex illo iure antiquo excerpta, obseruari placuit.

28. Dignum tamen emendatione esset, vt qui Pandectarum nomen exprimunt, in genere masculino nō fœminino pronunciant: nam *πανδέκται* est casus nominatiuus pluralis numeri, à nominatiuo singulari, *πανδέκτης*, prioris declinationis & masculini generis, vt *δέκτης* & *δεοδέκτης*, *πολυδέκτης*: vnde dicendum esset, Pandectæ Florentini, non Florentinæ. Diuiduntur isti libri Pandectarum in libros, libri in titulos, tituli

tituli in capita quæ leges sunt, leges in paragraphos: & ad distinctionem aliorum librorum iuris ciuilis, dum citantur, recipiunt adiectionem nominis Pandectarum vel digestorum.

29 Sic & in scriptis interpretum, familiaris distinctio per Π. cum circumflexo accentu, veluti *πενήκον* dicas. In quo lapsi librarij, qui etiam quibusdam dederunt ansam errandi, dum pro Π. exararunt duo ff. hallucinati affinitate πi Græci habentis circumflexum accentum, quæ duo, in tacographia potissimum, duo ff. representare possunt<sup>a</sup>: vnde <sup>a</sup> *Alciatm, lib. 3. d. spmcl. c. 16.* decepta glossa<sup>b</sup>, quæ errorem <sup>b</sup> *glo in §. igitur, in proæ. P.* probare visa est, dicens digestorum nomē scribi per duo ff. quod volumen Pandectarū fuerit iterum digestum post Iustinianum, per duos Cæsares Federicos: quod

1 2 tamen

tamen non memini me alibi legisse, quamuis forsan eius commenti fidem facere videatur, quòd codici Iustiniano constitutiones quædam Federici nouæ coniunctæ sint, veluti per nouam editionem: qualis illa constitutio, Si verò domini temporalis, de hæreticis. Et illa, habitare filius pro patre C. & similes. Veruntamen sufficiens mihi non videtur probatio, nam nullæ constitutiones Federici in Pandectis, nec vlla illius innouationis vestigia apparent: & eo argumento potius codicis citatio quædam Federici per duo ff. quàm Pandectarum facienda esset. Nec Accursius Florentinus qui tempore Federici 2. vixit, teste Sabellico & Tritemmio, quicquam eius rei meminit: quod tamen non tacuisset, vt diligens Pandectarum & instituta:

institutionum, iurisq; ciuilibus to-  
 tius interpret. Vt etiam non du-  
 bitem, post Iustiniani codicis re-  
 petitam lectionem, in corpus co-  
 dicis à quibusdam aliis translata  
 fuisse Federici, vt & nouellarum  
 constitutionum, quædam capita:  
 sicuti & postea additæ sunt iuris  
 corpori cōstitutiones feudorum,  
 & extrauagantes, quæ ideo reie-  
 ctæ sunt ad calcem nouellarum,  
 iurisq; habent authoritatem <sup>a</sup>.  
 Constitutionum imperatorū sum-  
 mam, & collectionem, iussit Iu-  
 stinianus quoque concludi & e-  
 mendari nouo volumine, qui co-  
 dex Iustinianus dicitur, ab olitis  
 vel potius translatis constitutio-  
 nibus imperatoriis, collectis antè  
 codice Gregoriano, Hermoge-  
 niano, Theodosiano & aliorum  
 principum <sup>b</sup>. Quas adhuc repe-  
 titæ editione emendauit & auxit

<sup>a</sup> *fermat pluri-  
 bus Guido Pa-  
 pæus, decis. 297.*

*Franciscus Cur-  
 tius tracta. feud.  
 parte 1. l. 9. nu-  
 mer. 5. Hanne-  
 r-nine, lib. i. iuris  
 feudo. c. Ode. fed.*

*Andr. de Iserni.  
 Iacob. Ainarot.  
 Martinus Lau-  
 dens. Baldus, in  
 prologo feudor.*

<sup>b</sup> *l. i. cum sup-  
 §§. de nouo cod.  
 facien. & l. vii.  
 de Iustinian. C.  
 confirmat.*

fuis 50. constitutionibus, & alijs  
*a l. unic. de e-* aliorum omiffis antea<sup>a</sup>; atque in  
*mendatio. C. En-* 12. libros diuifit. Eademq; emen-  
*finian.* datione pollicitus eft, fe alias con-  
 stitutiones editurũ, vocaturumq;  
*b d. l. unica, §* nouellarum congregationem<sup>b</sup>,  
*his igitur, verfi* quam poſtea preſtitit: vocant etiã  
*hoc etenim de e-* eas authenticas, ſcilicet conſtitu-  
*mendat. C. Inſi.* tiones approbatas, quæ iuris au-  
*c probat hoc la-* thoritatem habent nouiffimi<sup>c</sup>.  
*te Capola, in re-* His omnibus, in iuuenum iura in-  
*petitio. authent.* cipientium diſcere gratiam, ſunt  
*ſed nouo iure, de* libri quatuor inſtitutionum addi-  
*ſer. fugit C. num.* ti, iuris ciuiliſ præcepta continen-  
*10. & ſequent.* tes<sup>d</sup>: quemadmodum in cæteris  
*d §. igitur, in* artibus earum inſtitutiones, viam  
*proximi inſtitut.* ad artem præparant, introductio-  
*e §. neque, in* nesq; ſunt *εισαγωγικαί*. Ideo pri-  
*proximo P. l...* mo anno iuris ciuiliſ tyronibus  
*§. ſed cum pro-* diſcendæ proponendæ.  
*ſſeximus de vet.* 30 Vocant aliqui has inſtitu-  
*iuris enucle. C.* tiones, iuris inſtituta: cùm tamen  
 hæc differant valdè, ſecundum  
 Corne

Cornelium Frontonem: cū in-  
 stitutiones sint præceptiones qua-  
 rumlibet artium: instituta verò,  
 decreta & veluti edicta: vt & le-  
 ges institui dicuntur, cū promul-  
 gantur<sup>a</sup>. Probabilior appellatio<sup>a</sup> *can. erit au-*  
 mihi institutionū videtur, quā<sup>tem lex, § fi. &</sup>  
 institutorum, etsi non repugnem<sup>can. in istis, &</sup>  
 legis quoque vim habere, in illis<sup>diffin.</sup>  
 decreta<sup>b</sup>: quia & ex decretis &<sup>b</sup> *§. penult. &*  
 legibus excerptæ sunt<sup>fin. in proximis</sup>. Cæterū<sup>instituti.</sup>  
 potius ad discendum, quā ad<sup>c</sup> *§. quas ex v-*  
 statuendum, esse dico propositas:<sup>num. bus, in proor.</sup>  
 instituit.

31 Atque in summa, ius ciui-  
 le Romanorum nunc habet in  
 sua rhapsodia volumina 3. Pan-  
 dectarum, in quibus ius antiquū  
 & iurisconsultorū collectum est.  
 Digestum vetus, nouum, & In-  
 fortiatum, dicunt: cū tamē vno  
 volumine 50. libris, Pandecta-  
 rum nomine fuerit editum. Ha-  
 bet secundò codicem Iustiniani.



12. librorum: vbi diuerſorum Cæſarum conſtitutiones, epiſtolæ & reſcripta continentur. Tertio habet nonellarũ collectionem conſtitutionum, quæ vulgò authenticæ nominantur. In ſubrum dehinc ſunt conſuetudines, quæ agunt de feudis: ſunt & aliæ nouæ quædam conſtitutiones inibi. Ante hanc collectionem tamen iuris, nemo ignorat aliàs ius ciuile collectum fuiſſe, & aliquo ordine traditum, ſed non ita clarum, vel ſimili methodo, nec plena & publica forma.

32. Certiſſimum quoque leges fuiſſe datas à Romulo, & ſequentibus regibus, atque tempore Tarquinij fuiſſe ius in aliquam formam redactum, illud mihi fidem facit, quòd Marcus Tullius duumuir, culeo inſutus in mare abiectus eſt à Tarquinio, quòd  
librum

librum ciuiliū sacrorū secre-  
ta continentem, custodiæ suæ cō-  
missum, corruptus Petronio Sa-  
bino describendum dedisset <sup>a</sup>. *Valer. Maxi.*  
Pub. Papyrius etiam leges regias <sup>lib. 1. cap. 1.</sup>  
in vnum contulit <sup>b</sup>. Fuerunt & <sup>l. 2. in princ.</sup>  
antiquatis omnibus legibus alia <sup>c</sup> *de iuris ciuil.*  
traditæ scriptæ 12. tabulis per *de veter. iur.*  
decemuiros eius operis causa ele- *ennuclea.*  
ctos <sup>e</sup>. At fuit antea ius ciuile re- <sup>d</sup> *l. 1. §. ex actis,*  
positum in penetralibus & adytis *de orig. iur. Dio*  
summorum Pontificum. *dor. Sicul. in 12.*  
*Diony. Halicar.*

33 Quod primus euulgauit <sup>in 2. & 10.</sup>  
C. Flavius scriba tunc ædilis curū-  
lis, patre liberto, humilis fortunæ  
vir: hic enim publicè fastos ante  
forum proposuit, vt quando lege  
agi liceret, sciretur <sup>d</sup>. *Saluius Iu-*  
lianus digestorum etiam libros *Linii, lib. 9.*  
99. collegerat: Alphenus 40. Pub. *decad. 1.*  
Iuuentius Celsus 39. Vlpianus Mar-  
cellus 31. Domitius etiam Vlpian.  
Parsenior & Herennius Mode-  
stinus

stinus 12. Sabinus de iure ciuili tres: alijq; iurifconfulti de aliqua parte iuris etiam feorfum tractarunt, illudq; collegerunt. Collegerant & constitutiones imperatorias tres, vt dictum, Gregorius Hermogenia. & Theodof.

34 Extat & nunc ius Orientale Cæfarum & patriarcharum Græcè collectum, & editum. Iuftinianus omnia, quæ ipfum præcefferant, antiquauit: & felectis melioribus nouum iuris corpus Romani iuris edidit, quo vtimur: & ex iure proprio Romanorum, vt diximus dum de pofitiuo ageremus, commune iuffu & auctoritate principis conflatum eft.

---

## De iure confuetudinis.

### Cap. 10.

1 *Confuetudo inuentum vite & tempo*

*temporis, lex similis tyranni-  
di consuetudo altera natura.*

- 2 *Consuetudo quid sit.*
- 3 *Iuris appellatione contineri con-  
suetudinem, eandemq; iuris  
interpretem dici.*
- 4 *Populi tacitum consensum pro  
lege haberi.*
- 5 *Consuetudo ius nō scriptum di-  
citur, & quare.*
- 6 *Mos quid sit, vsus item quid.*
- 7 *Consensus in consuetudine taci-  
tus: in statuto expressus.*
- 8 *Consensus statuta firmat: vsus  
verò consuetudinem.*
- 9 *Actum unicum scienter fa-  
ctum, in tollendo statuto suf-  
ficere: secus in consuetudine.*
- 10 *Bona & probata consuetudinis  
qualitates sunt quatuor.*
- 11 *Consuetudines que contra leges  
sunt, debent hodie expresse  
à principe confirmari.*

*In*

- 12 *In negotiis quæ dubia sunt, quæq; præter legum præscripta occurrunt, sequenda est consuetudo.*
- 13 *Cretenses efficacissimum ultionis remedium dixerunt, mala consuetudine delectari.*
- 14 *Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est.*
- 15 *Testamenta insinuanda secundum leges locorum, ubi fiunt.*

a Suidas, in verbo  
ἐθῶς.



ONSUETUDO, inquit Suidas<sup>a</sup>, non est inuentum hominis, sed vitæ & temporis.

Lex similis est tyrannidi, terrore enim & vi cuncta conficit: consuetudo verò, magis humanitate regia: vtrò enim eam omnes absque necessitate sequuntur. Cùm ea sit, veluti altera natura<sup>b</sup>.

b l. si quis posthumus, l. 9. iun-  
cta glos. in verbo, consuetudo, de lib. & posthum. lib. 28. P. tit. 2.

2 Consuetudo, est ius non scriptum

scriptum, usu & moribus, seu tacito consensu populi receptum, & sufficienter continuatum. Iuris generale cum sit nomen, & ad consuetudinem pertinet. Ex non scripto ius venit, inquit Iustinianus <sup>a</sup>, quod usus approba- <sup>a</sup> *Iustinian. in*  
uit: nam diuturni mores consensu <sup>b</sup> *ex non scripto,*  
vtentium cōprobari, legem imi- <sup>c</sup> *de iur. natu. can.*  
tantur. Pomponius & ius ciuile <sup>d</sup> *conquestus, 9. q. 5.*  
dictum, ex non scripto natum, <sup>e</sup> *in l. 2. §. his*  
tradit <sup>f</sup>. <sup>g</sup> *legibus, de orig.*  
<sup>h</sup> *iur.*

3 Iuris & appellatione contineri consuetudinem, notat Abbas Panormit. <sup>c</sup> & Io. Andreas <sup>d</sup> *c. Panor. in rub. de consuetud.*  
Et iuris optima interpret consuetudo <sup>e</sup> *d. Ioan. Andr. in c. quintanalis, de consuetud.*

4 Et cum alia ratione leges ciuiles populum eius ciuitatis non teneant, quàm quod populi consensu expresse receptæ sint: non immeritò, quod consensu tacito populus comprobauit, pro lege habet.

*a l. de quibus,* habebitur <sup>a</sup>.

*l. 32. cum ll. seq.*

*de leg. can. con-*

*suetud., 1. distin.*

*l. 3. de adifi. pri.*

*lib. 5. C. tit. 10.*

*b hoc diceo la-*

*tè lib. 1. pralud.*

*opt. in iust. c. 13.*

*c l. contrahitur,*

*de pignor. in P.*

*d. d. l. de quibus.*

*e can. mos est,*

*1. distin. et.*

*f Hermoge. in*

*l. sed ea que, l.*

*34. de legib. in*

*P. c. in Genesi de*

*lectio.*

5 Ius non scriptum dicitur, consuetudo, non quòd scriptura perpetuò careat, hoc enim falsum est <sup>b</sup>: nam & consuetudines in memoriam constantiorem reducuntur in scripturam, vt cetera quoque, quæ sine scriptura per-

6 Sed non scriptum, ius est, id est, quod ab scriptura vis eius non cœpit, nec pendeat <sup>d</sup>. Moribus receptum, cùm mos sit institutum animi, quod per vsum palam fit: vt vsum sit actus, per quem mos, id est, habitus, & inclinatio animi demonstratur.

7 Quare mos pro consuetudine usurpatur <sup>e</sup>: attamen consensus in consuetudine, est tacitus vtentium: quo differt ab statuto, in quo est expressus <sup>f</sup>. Ius vtrunque nihilominus proprium ciuita-

ciuitatis seu ciuile, non scriptum  
& scriptum: nam & eadem ratio  
in proprio scripto, quod locale &  
*χρησίδες* appellatur, id est, ex usu  
& necessitate locorum natum<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> vide Theoph.

8 Sed statutum, aut iura mu-  
nicipalia, non facit usus cōtinua-  
tus, sed consensus firmat: & sunt,

<sup>b</sup> diximus, de

instit. & iur. in

instit. iur. civil.

veluti ex pacto & placito, effica-  
cia<sup>b</sup>. Atque ita statutum, vno

<sup>b</sup> l. quod si mel,

l. 5. de decret. ab

ord. faci. lib. 50.

actu perficitur: consuetudo, non  
nisi pluribus, usu scilicet acceden-  
tibus, saltem duobus insigniori-

<sup>c</sup> titu. 9. c. cum

omnis, cap. 6. de

constitut.

bus actibus, ex quibus præsum-  
ptio cōsuetudinis<sup>c</sup>: alioquin quæ-

<sup>c</sup> can. ita nos,

25. quæst. 2.

bis aut rarò fiunt, non consideran-  
tur à iurisperitis<sup>d</sup>.

<sup>d</sup> l. nam ad ea,

de legib.

9 Sic etiam in tollendo sta-  
tuto, vnicus actus sufficit, factus  
scienter à maiori parte ciuium,  
nisi aliorum interesset, vel alte-  
rius pagi, vel in fauorem publi-  
cum, statutum factum esset: non

<sup>e</sup> vide de his

late disput. antem

Felinum in c. sp.

cum accessissent

num. 32. de con-

stitutio. & inibi

quoque Panor.

num. 2. & 3.

ita



a *Constant. l. 2. ita in consuetudine, si ea proba-  
 qua sit lon. conf. lib. 8. C. titu. 53.* & recepta fuerit.  
 c. *fin. de consuet. lib. 1. decr. tit. 4.* 10 Porro bonæ & probatæ  
 b *l. de quibus, de legib.* consuetudinis, plures qualitates  
 c *Paul. l. quod maior pars. l. 19. ad municip. lib. 50. P. tit. 1. Vlp. l. nulli, l. 3. & Paul. l. plane, l. 4. quod cuius. v. niur. nom. lib. 3. P. tit. 4. Klp. l. 3.* sunt: prior, vt sit rationi consona  
 d *glosin rubr. qua sit lon. conf. Bart. in l. de quibus, num. 3. 9. & 10. de leg. in P.* nec pugnet iuri diuino aut natu-  
 e *Pan. rmit. in cap. fin. de consuetud. num. 11.* ræ: secunda vt per mores, con-  
 f *Archid. in c. generali, de elec. in 6. in verbo, an- tiqua consuetudi- ne, Ludon. Rom. sing. 101. & 102.* sensus populi arguatur in ea<sup>b</sup>: ter-  
 g *l. 2. que sit* tia quod saltē maior populi eius  
 loci pars, ea sit vsa consuetudine,  
 vel ex tribus partibus duæ<sup>c</sup>: quar-  
 ta vt consuetudo quæ præter ius  
 tantum commune est, sit præscri-  
 pta, saltem per decem annos, se-  
 cundum iuris ciuilibus interpretes<sup>d</sup>.  
 Secundum autem iuris Pontificij  
 doctores 40. anni exiguntur, po-  
 tissimum si alterius vel ecclesiæ  
 inter sit<sup>e</sup>. Quod si cōtra ius com-  
 mune sit, debet fulciri tempore,  
 cuius initij non extat memoria<sup>f</sup>.  
 Difficile enim est, cōsuetudinem  
 vincere legem<sup>g</sup>. Et in omni con-  
 su- tu.

suetudine, ius semper superioris  
 exceptum censetur, vt in iure iu-  
 rando<sup>a</sup>. Quando autem imme-  
 moriali tempore consuetudo v-  
 surpata est, videtur princeps, qui  
 legem statuit, ei quoque authori-  
 tatem adhibuisse, si non specia-  
 liter deroget.

¶ I Quamuis hodie consue-  
 tudines, quæ contra leges sunt  
 communes, debeant à principe  
 confirmari expressè, vel ex pri-  
 uilegio concedi.

¶ II Quibus casibus, vt in im-  
 memoriali præscriptione, sequi-  
 mur in primis à consuetudine lo-  
 ci v<sup>r</sup>surpatum<sup>b</sup>, in negotiis quæ  
 dubia sunt, & præter legum præ-  
 scripta occurrunt. Nam ea pri-  
 mum secundum locorum consue-  
 tudines, si quæ in his sunt, termi-  
 nantur: vel secundum proximio-  
 rum & vicinorum mores<sup>c</sup>, si mo-

*lon. cons. cap. fin.  
 de consuetud.  
 a c. veniens, c.  
 19. de iure iuran.  
 lib. 2. decreti. 24.*

*b l. leges sacra-  
 tissimæ, C. de leg.  
 c l. nummis, l.  
 73. de legat. 3. l.  
 semper in stipu-  
 lationibus, l. 35.  
 de reg. iur. can.  
 illa, 12. dist. tra-  
 ctat Paul. Cast.  
 conf. 165. Phil.  
 Decius, conf. 11.  
 c. ex parte Com-  
 possellani, c. 18.  
 c. cap. super eo  
 cap. 22. de censib.  
 lib. 3. decreti. sit.  
 39. l. si fundus,  
 de euctio. in P.  
 c. cum venissent,  
 de eo qui mitto-  
 in poss. ff.*

dò fuerint per vsum conseruati:  
alioquin non vtendo, leges tol-

*a l. i. § quibus, de no. cod. fac. l. i. § sed & si qua leges, de vete in. enucl. l. i. §. i. de cad. toll. C. l. de quibus, de legib. in P. § de negotiis, quib. mod. aut. eff. sui, in anth. §. in quibus, in proc. nio institut.*  
h. l. nihil tam naturale, de reg. iur. in P. c. i. et. apud Greg. r. c. leges esse variabiles docet Aeneas Syluius epistol. 49.

huntur omnes<sup>a</sup>. Et secundum naturam est eodem modo dissolui quippiam, quo inductum est<sup>b</sup>. Et moribus mutatis, par est & leges mutari<sup>c</sup>: quia & bene constituta ab initio, interdum pessima fiunt, & malis cōsuetudinibus vti impitum sit.

13 Vt non meritò Creten-  
ses, cum acerbissima execratione  
aduersus eos, quos vehementer  
oderunt, vti volunt, nihil peius  
impracantur, quàm vt mala con-  
suetudine delectetur: modestoq;  
voti genere, efficacissimum vi-  
tionis remedium, reperiunt. Im-  
utiliter enim aliquid concupisce-  
re, & in eo perseveranter morari,  
est exitio dulcedo vicina, vt testis  
Valerius Maxi.<sup>d</sup> Mala namque  
consuetudo nō minus, quàm peri-  
niciosa

*d Valer. Max. lib. 7. c. 2. in fin.*

niciosa corruptela, abijcienda est,  
& vitanda <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> can. mala, cā.

14 Et consuetudo sine veritate, vetustas erroris est <sup>b</sup>: & prauus vsu ratione superatur & lege <sup>c</sup>. Aliæ autem consuetudines, quibus canonica non resistit auctoritas, nec leges: quæ uero cum ratione fiunt, firmæ & ratæ sunt <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> ueritate cum sequent. 8. dist. c.

<sup>b</sup> fin. de consuet.

<sup>c</sup> can. consuetudis, 8. dist.

<sup>d</sup> can. 1. & 2.

11. dist. cap. cum consuetudinis, et

cap. fin. §. r. de consuet.

Et pro locorum varietate sequenda sunt, si ibi contrahitur, vel ibi res sita sit <sup>e</sup>.

<sup>e</sup> in can. scit

functio & sequē.

12. dist. c.

<sup>f</sup> l. si fundus,

de eniñtio in P.

15 Et testamenta insinuanda secundum leges locorum ubi fiunt <sup>f</sup>. Et in summa,

<sup>f</sup> l. 2. quemad.

testa. aper. lib. 1.

C. tit. 32.

ἔστιν δὲ ξένον μὲν κάρτα προσκαρτεῖν πόλει, id est, Decet hospitem in primis se accommodare ciuitati <sup>g</sup>.

<sup>g</sup> Euripid. in

Medea act. 1.

De iure honestatis.

Cap. II.

Nihil esse honestum, quod bonum

num in suo genere, vel specie  
non sit: & contra.

2 Turpitudine quid sit.

3 Honestatem circa cognitionem  
communitatem, & magnani-  
mitatem versari.

4 Ius honestatis, iura principalia  
concomitatur.

5 Ius naturale turpia vetatur.

6 Rati non est voluntas eius, qui  
turpe, vel contrarium bonis  
moribus iubet.



a Modestinus,  
in l. semper in  
stipulationibus,  
l. 138. de reg. iur.  
lib. 50. P. tit. 17.

b Vlpian. l. ex  
damni infecti, l.  
40. de damp. in-  
fecti. lib. 39. P.  
titu. 2.

c l. 2. ne fisci  
rem quam vend.  
enincat lib. 10. c.

VIA nō omne quod  
licit, honestum est<sup>a</sup>:  
ideo cum eo quod li-  
cet, & honestum con-  
iungendum. Et Vlpian. ait hone-  
stus sequendus est modus, non  
immoderata cuiusque luxuria<sup>b</sup>.

Quare Antoninus Cæsar, æquita-  
tis & honestatis pariter rationem  
admonere dixit<sup>c</sup>, quod decernit.  
Est q;

1 Estq; inter iuris præcepta illud, honestè viuere <sup>a</sup>: eò quòd nihil possit esse honestum, quod bonum in suo genere, vel specie non sit:& contrà, vt scribit Cicero ex Stoicorum sententia <sup>b</sup>. Et Diogenes Laërtius <sup>c</sup>. Quare & exigimus, vt lex quæ bona est, honesta quoque sit <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> §. iuris præcepta, de instit.

<sup>b</sup> Cic. 3. de fin.

<sup>c</sup> Diog. Laërt. in 7. de vitis

<sup>d</sup> can. erit autem lex, 4. dist.

<sup>e</sup> Plato, in Sophista, vel de ente.

<sup>f</sup> Cic. 1. de fin.

2 Quia sublata honestate, succedit turpitudine, quæ nihil aliud est, quàm deformitas & dissonantia eorum, quæ natura cognata sunt, resultans: vt notat Plato <sup>e</sup>.

3 Porrò honestas Ciceroni <sup>f</sup> est, vel cognitionis, vel communitatis, vel magnanimitatis: Cognitionis, circa notionē rerum cælestium, occultarum, & latentium: Communitatis, circa administrationem rerum publicarum, & artificia: Magnanimitatis, imperare

vt oportet, non mollescere, non turpiter viuere: vt & honestas moderationis circa virtutes, vnde hominum officia.

4 Quamobrem hoc ius honestatis, iura reliqua principalia concomitatur, & in omnibus consideratur in aliqua eorum parte: vt in iure diuino inuenies honestatis legem, non ascendendum sacerdoti per gradus ad altare, ne reueletur eius turpitudine<sup>a</sup>. Et alias de immundis animalibus nō edendis<sup>b</sup>, de leprosis expellendis<sup>c</sup>, & de immunditia puerperæ<sup>d</sup>. Sunt & his similes, quæ verant adulteria, fornicationesq; alterius generis.

5 Turpia vetat etiam ius naturale, & turpia puniūt Barbari<sup>e</sup>. Sic adulterium, furtum, turpia dicuntur natura, & prohibita<sup>f</sup>. Nec opus est me in hoc, vel in iuris ciuilibis

a Exod. 20.

b Levitic. 11.

c Levitic. 13.

Cap. 14.

d Levitic. 12.

e Cic. 1. de vniuersis. & 1. de legib.

f 1. probrum, l. 42. de verb. signific.

uilis & Pontificij probationibus, immorari: si quidem omnes ferè vtriusque iuris tractationes testatur manifestè, vt quæ de seruis, honore parentum, de nuptiis, de affinitatibus.

6 Et in summa statuunt iura, vt rata eius non sit voluntas, qui turpe vel contrarium bonis moribus iusserit<sup>a</sup>. Quid autem honestum, in præceptis iuris latius inferius. Sumus naturâ studiosissimi, appetentissimiq; honestatis, cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est, quod, vt eo potiamur, non parati simus, & ferre & perpeti<sup>b</sup>. Et vt cum Cicrone loquar, Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis? Quis est qui non oderit libidinosam, proteruam adolescentiam? Quis contra,

<sup>a</sup> Martia. in l. si quis inquilinos, l. 115. §. si. de legat. 1. lib. 30. P. tit. 1. l. reprehenda. l. 5. de inuit. sub conditio. fac. lib. 6. C. tit. 5. cum simil.

<sup>b</sup> Cicer. 2. Tusculan.

<sup>c</sup> Cic. 5. de fini.



trà, in illa ætate, pudorem, cōstantiam, etiam si nihil sua interfit, non tamen diligit? An obliuiscimur, quanto opere in audiendo, in legendoq, moueamur, cū piè, cū amicè, cū magno animo aliquid factum cognoscimus. Sed de honestate hæcenus hīc plura, infrà cap. 13. num. 13.

## De iure necessitatis.

### Cap. 12.

- 1 *Rerum omnium concatenata coniunctio est.*
  - 2 *Proprie sunt leges necessitatis, nec aliis succedunt.*
  - 3 *Necessitatis amarissima leges, & truculentissima imperia.*
  - 4 *Ius necessitatis quid sit.*
  - 5 *Necessitas voluntatem superat.*
  - 6 *Necessitatis leges incognite.*
- Necessi*

- 7 *Necessitas per se semper excusat, si verè necessitas.*  
 8 *Duplex est necessitas hominis: scilicet liberi, & serui.*



ERV *in* omnium vsque adeo quædã concatenata cõiunctio est, vt nihil sit, quod alio non egeat. Sicut nec vna regio, cuncta sibi suppeditat: sed aliud habens alio indiget: quæ tamen habet plurima, ea optima est. Quemadmodum & corpus non est consummatũ, quia aliud habet, alio vacat <sup>a</sup>. Sic homo homine indiget, ad benè fœliciterq; viuendum, vt & in corpore membra membris inseruiunt. Quare vsu exigente & humanis necessitatibus, gentes iura sibi constituerunt <sup>b</sup>. Et omne ius, aut consensu fecit, aut necessitas constituit,

<sup>a</sup> Herodotus. in 1.

<sup>b</sup> l. ex hoc iure, de iustit. & iur. §. ino autem gentium, de iur. nat.

a *Modest. in l. tuit, aut firmavit consuetudo<sup>a</sup>.  
ergo, l. 39. de legib. in P.*

b *c. 1. de obseruatio. ieiun. cap. quanto. cap. 4. de consuetud. lib. 1. decret. tit. 4.*

c *c. ex ut qui se minat, §. proficilo, de verber. significat. in 6.*

d *c. quod non est licitum, c. 4. de reg. iur. in 6.*

e *l. vi gradatim, l. 11. de munierib. & honor. lib. 50. P. tit. 4.*

f *Discret. & Maxi. l. 1. de assessor. lib. 1. c. titu. 52.*

g *Aristotel. 5. Metaphys. c. 5.*

h *can. ad limina, 30. quasi. 1.*

i *D. Chrys. sto. humil. de Mos. timo 1.*

k *Valer. Max. lib. 7. cap. 6.*

2 Propriæ sunt leges necessitatis, cum ea aliis non subijciatur<sup>b</sup>.

Vnde & necessitas ab omni lege cēsetur excepta<sup>c</sup>. Et quod

non est licitum in lege, necessitas facit licitum<sup>d</sup>. Sic alias hæc leges

sibi subijcit<sup>e</sup>, seipsam regit, & homines cogit, estq; incongrua

libertati<sup>f</sup>: quia quod necessariū est, ineuitabile quoddā videtur.

Contrariūque voluntario & cogitationi<sup>g</sup>, imò violentum,

& vis: & ideo inculpabile, quod violentum infert<sup>h</sup>. Necessitas,

inquit D. Chrysostomus, tanta vi adstringitur, vt quod necesse est,

etsi nolis, præterire non possis<sup>i</sup>.

3 Abominandæ, vt ait Valerius Maximus<sup>k</sup>, Necessitatis amarissimæ leges, & truculentissi-

ma imperia: tum urbem nostram, tum etiam exteris gentes, multa

non

non intellectu tantum, sed etiam  
 auditu graua perpeti coegerunt:  
 ideo magnum humanæ imbecil-  
 litatis patrociniū, vt ait Sene-  
 ca<sup>a</sup>. Et ita secundum sententiam  
 Promethei<sup>b</sup>,

τὴν παρὰ μὲν δὲ χεῖρ

αἴταν φέρειν ὡς ῥᾶτα, γινώσκει-  
 τὰ, ὅτι

τὸ τῆς ἀνδρὸς ἐστὶ ἀδελφὸν δέ-  
 γατο.

vos, id est, Destinatum

oportet parcam facili mē ferre,  
 cognoscentem, quod necessitatis  
 inexpugnabilis vis sit. Et rursum<sup>c</sup>

τὴν ἀνδρὸς ἀδελφὸν δέ-  
 γατο.

id est, Ars longē est debilior ne-  
 cessitate. Sic etiam Epictetus<sup>d</sup>,

Necessitas, inquit, omnia sursum

versus ad diuinam causam ducit,

volentia & inuita: eam qui latus

sequitur, verē est sapiens. Quod

prohibitum erat, sabbatis quip-

pīam agere lege diuina<sup>e</sup>, necessi-

<sup>a</sup> Senec. lib. 9.  
 declamat. in 1.  
 parte patris fi-  
 lium defenden-  
 tis.

<sup>b</sup> Aeschillus, in  
 Prometheus Li-

<sup>c</sup> Aeschil. ubi  
 supra.

<sup>d</sup> Arrius in en-  
 comio Epicteti,  
 cap. fin.

<sup>e</sup> Numer. c. 35.

tas

tas & discrimen vitæ Machabæis  
 sustulit <sup>a</sup>. David de panibus quo-  
 que propositionis comedit, de  
 quibus aliis quàm presbyteris, nō  
 erat licitum edere, idq; necessita-  
 te iubente <sup>b</sup>. Similia quædam de  
 Stilphone refert Athenæus <sup>c</sup>, his  
 verbis: Non simulabat continen-  
 tiam Stilphon, quippè qui allio  
 tantum vesceretur, ac in templo  
 dormiret matris deorum (scilicet  
 falforum) quamvis interdicere-  
 tur ei, qui horum quippiam co-  
 medisset, vel ingredi. Cùm dea  
 (scilicet idolum) illi in somniis  
 astitisset, dixissetq; , Cùm Philo-  
 sophus sis, ô Stilphon, leges ta-  
 men pertransisti, cui visum est re-  
 spondisse in somniis, Tu mihi da-  
 to quod comedam, tunc allio non  
 amplius vescar. Sed quæso, cur  
 dicere audemus necessitatis ius,  
 cùm necessitas interdum cogat  
 ad

<sup>a</sup> 1. Machab. cap. 2.

<sup>b</sup> 1. Reg. c. 21.  
<sup>c</sup> Athenæus, lib. 10. dipno. cap. 5.

ad turpia & illicita?

4 Respondemus ius necessitatis dici, non quòd omne necessitate factum, iustum sit: sed quòd necessitate contra ius factum, nō sit iuris regulis censendum vel iudicandum: iura enim, negotia voluntaria regere intendunt. Quia ea tantum, quæ voluntariè benè fiunt, præmio sunt digna: si malè, pœna: inuoluntaria autem & coacta, nec in merito, nec in pœna, contemplantur<sup>a</sup>.

5 Necessitatem voluntatem superare tradit sic Chorus apud Euripidem<sup>b</sup>,

ἔγω καὶ διὰ μέσας  
καὶ μείλῳσιος ἦξα, καὶ  
πλείστον ἀλάμενος λόγων,  
κρείστον ἐδὲν ἀνάγκας,  
ἔυρον. ἐδὲ, π φάρμακον  
Θρήσας ἐν σανίσι, τὰς  
Ὀρφεΐαι καλὴν γαίαν

<sup>a</sup> can. si quis in  
aegritudine, 57.

dist. can. ita ne.

et can. sequent.

32. q. 5.

<sup>b</sup> Euripid. in  
Alceste.

γῆρας.

γῆρας. ἔδ' ὅσα φοῖβος  
 Ἀσκληπιάδαισιν παρέδωκε,  
 φάρμακα πολυπόνοις  
 ἄντιστεμὼν βροτοῖσι.  
 μόνας δὲ ἔτ' ἐπὶ βορᾶς  
 ἔλθειν, ἔπε βεῖλας διᾶς  
 ἔσιν, ἔσφαγιὼν κλύη. id est,

*Ego vero & musas  
 Et res sublimes percurri, &  
 Multum studiis artibus  
 Sophia: verum nihil potentius  
 necessitate  
 Inueni: aduersus quam, nec  
 Thraciis  
 In libris extat remedium,  
 Quos orphei vox concinnauit.  
 Nec quaecunque Phæbus  
 Asclepiadis tradidit,  
 Pharmaca erumnosis  
 Præbendo mortalibus.  
 Sola vero est, quæ nec aras,  
 Nec simulacrâ curat,  
 Nec victimis flectitur.*

Et

Et rursum<sup>a</sup>,

<sup>a</sup> Euripides, in  
Hecuba, act. 2.

λόγος γὰρ ἔστιν ἢ κ' ἐμὸς, σφῶν δ' ἔπος  
Διωνῆς ἀνέγκης ἔδειν ἰχθυῖν πλείον.  
id est,

*Nam illud est sapientum dictum,  
non meum,*

*Nihil necessitate dira fortis.*  
Quare & legislator, maximè ad  
hanc temporum & causarum vr-  
gentem necessitatem, potius re-  
spicere, quàm ad leges iam præ-  
scriptas, debet: sicut factum Age-  
silai, quo nihil sapientius docet.  
Is siquidem cum aduersus Rem-  
publicam conspirationem ortam  
noctu comperisset, leges Lycurgi  
continuo abrogavit, quæ de in-  
demnatis supplicium fumi ve-  
rabant: comprehensis autem &  
interfectis fontibus, è vestigio  
statim restituit. Atque utrunque  
statim providit, ne salutaris ani-  
maduersio, vel iniusta esset, vel  
iure



iure impediretur: itaque ut semper essent, aliquando non fuerunt<sup>a</sup>. Et in aliis necessitas rerum

<sup>a</sup> *Valer. Maxi. lib. 7. cap. 2.*

magistra facta, singulorum per-

<sup>b</sup> *Diodor. Sicul. lib. 1. Biblio. c. 1.*

tiam & ingenium subministrauit<sup>b</sup>.

6 Quales autem necessitatis leges sint, si quis quærat, cum Athenæo<sup>c</sup> respōdebo, nullam esse cognitā, nisi dum apparet, quod ea insinuat. Veruntamen quod pertinet ad quæstionem, quando excuset necessitas in commissis.

<sup>c</sup> *Athen. lib. 9. dignos. cap. 5.*

7 Illud ratum erit, necessitatem per se semper excusare, si verè necessitas: at præcedentia

necessitatem, interdum factum reprehendunt, ob culpam vel dolum eius, qui se coniecit in necessitatem<sup>d</sup>. Cæterum in iure necessitatis statuendo, observandum est id, quo non factores ipsa læditur, minuitur, vel per-

<sup>d</sup> *Ulpia. l. si si de infor. l. 7. §. si necessaria, qui si si dar. cog. in P. l. 2. §. si quis tamen cum posset, si quis cant. ind. sistens. can. fac. non obtemp. lib. 2. P. tit. 11.*

DE IVRIS

ARTIS

ritura est: id quod ad tutelam & cōseruationem rerum pertinet<sup>a</sup> *a l impense, & l. quod dicitur, in 2. de impens.*

8 Est & duplex necessitas, hominis liberi, & serui. Hominem liberum, inquit Demosthenes<sup>b</sup>, maximè hæc necessitas vriget, si res temerè & cum dedecore administrantur: hac, ego, maior quæ necessitas dicenda sit, nescio. Seruo autem plagæ & corporis excarnificatio, quæ absint vt fiant, & dictu indigna.

De quo, aut ex quibus conficiatur ars iuris seu ius, seu de præceptis iuris & boni æqui. Cap. 13.

1 Præcepta cuiusq; artis que sint.

2 Studium authoris, vt quis in u, id est,

*id est, artem boni & equi sua  
opera consequatur.*

- 3 *Bonum & equum duplici mo-  
do cognosci.*
- 4 *Bonum multis inuolutum la-  
boribus, & quare.*
- 5 *Ex quibus constat commune iu-  
risperitorum, & magistra-  
tuum iudicium.*
- 6 *Leges multis modis mutantur.*
- 7 *Quibus iuribus auctor in hac  
methodo utatur.*
- 8 *Necessitatis lex sequenda,  
quando.*
- 9 *Ius diuinum omnibus iuribus  
preferendum, non secus quàm  
veritas erroribus.*
- 10 *Iura regni liberi, non per omnia  
similia Romano: & quare.*
- 11 *As boni & equi, in hac me-  
tho. do nouẽ modis cõcluditur.*
- 12 *Honestas omnibus se exhibet  
consideranda.*

*Hone*

- 13 *Honestum quid sit, & inibi de  
etymologia nominis, honestū.*
- 14 *Honestè viuere quid sit.*
- 15 *Lex bona & aqua, honestate  
probanda.*
- 16 *In legibus proponendis, legis-  
latori sunt præferenda vili-  
bus honesta.*
- 17 *Leges & boni mores iuris sunt,  
ius autem iustū: atque ibidem  
quid sit iustum.*
- 18 *Iustum quid, quare sic dictum.*
- 19 *Quæ contra leges dicta factæ ve-  
sunt, improbanda sunt.*
- 20 *Quæ lege permittuntur, pœnam  
non merentur.*
- 21 *Quæ lege deciduntur, legitima  
sunt: etsi dura videantur, ta-  
men seruanda.*
- 22 *In ferendis legibus, possibili-  
tatis & facilitatis ratio ha-  
benda.*
- 23 *Impossibile bifariam dicitur:  
iure*

iure & natura.

- 24 *Leges natura sunt solutione impossibili, ibidem. Civitatis leges abrogari à Tyranno, natura autem leges cogi nullo modo posse.*
- 25 *Naturam pro iure naturali accipi, quando.*
- 26 *Ratio naturalis tacita quedam lex, & origo legum est.*
- 27 *Difficultatum penè omnium, diligens ratio ueltrix.*
- 28 *Non habent dubitationē, quorum propinqua est demonstratio, & sensibus patet.*
- 29 *Manifestum, in iure multis modis dicitur.*
- 30 *Cessante ratione legis, cessare & dispositionem: & contrà, ubi ratio legis locum habet, retinendam legis dispositionem.*
- 31 *Robur hominis plerunque, etas, temporisq; oportunitas, naturalem*

*iuralem causam operū mutāt.*

32 *Quid sit lex secundum Aristotelem.*

33 *Plato leges suas, non existentibus, sed a se fictis hominibus statuit.*

34 *Quare leges ligent homines.*

35 *Leges non cellis, sed hominum animis inclusas esse oportet.*

36 *Ratio locorum, proprium ius constituit.*

37 *Tempus equi boniq<sup>3</sup> facit distinctionem.*

38 *Necessaria lex, sit de re dubia: & paucis veritas amat doceri.*

39 *Obscurum illud est, quod nimium generaliter pronuntiatur.*

40 *Ius finitum & manifestum est per se: facti autem interpretatio facile decipere potest.*

41 *Quando pugnantes concurrunt rationes, praefertur ceteris pari*

- paribus communis, ut melior.*  
 42 *Ius civile dicitur, quod plerisque in ciuitate vrile est.*  
 43 *Malum, sui ipsius esse inimicū.*

**DE** ACTENVS de quaestione, quotuplex sit ius, atque de eius distributione per distincta capita egimus: succedit ordo, ut quaeramus, de materia, ex qua ius, id est, ars boni & æqui componitur. Non enim de materia, circa quā versatur nunc dicemus: sed Deo volente, postea suo loco.

I Præcepta cuiusque artis, elementa, & membra, & materia sunt: ex quorum cognitione, ars textitur. Quamobrem in iure, id est, in arte æqui & boni constituenda. Qui eo perfectionis perueniret, ut præcepta perfecta traderet, quibus sine errore bonum &

& æquum dignosci posset: procul dubio ius, id est, eam artem boni & æqui, consequeretur.

2 Nos ea plenè non profite-  
mur edocturos: verùm audacter  
dicam, Deo fauente, plurimum  
opis ad opus hoc peragendum  
allaturos.

3 Itaque dico, duplici me-  
thodo bonũ & æquum cognosci.

4 Prior, per se facilis est, sed  
ob legum propè infinita capita,  
multis inuoluta laboribus, & quæ  
potest interpretationibus mali-  
tiosis perueri. Is est, vt præscri-  
pta à lege sequamur in negotiis,  
quæ per legem definiuntur. Si e-  
nim conueniant legi, æqua bo-  
naq; sunt: si discrepent, iniqua.

5 Quamobrem sic commu-  
ne iuris peritorum, & magistra-  
tuum iudicium, ex regula legis:  
vel quia authoritas iuris non re-



a *Vlpi. in l. vi-  
deamus §. 1. de  
in litem iuran.  
in P.* fragatur, exemplo Vlpiani<sup>a</sup>: vel  
 b *Paul. in l. si  
seruo alieno, qui  
et à quib. man.  
lib non fiant.* quia ea autoritas est iuris, exem-  
 c *l. in tabulis,  
l. 30. de stat. lib.* plo Pauli<sup>b</sup>, & Papiniani<sup>c</sup>: vel quia  
 d *l. pr. s. p. exiit,  
qui et à quib.  
manumiss. lib.  
non fiant.* ita scriptum est, in lege<sup>d</sup>: vel quia  
 e *l. illa C. de  
collat. Marcel. l. βεβαιώσεως,  
præuaticationis  
iudicium, l. 1. de  
præuatica. in P.  
lib. 47. tit. 15. ff.  
l. si verò §. 65. §.  
de viro, sol. mat.  
in P. lib. 24. tit. 3.* ea de re, lege cautum non est<sup>e</sup>.  
 f *§. confidere-  
mus, de triente  
et semiss.  
§. Iulius Pollux,  
lib. 8. onomast. c. 1.  
et πρὶ ἀναγι-  
στῶν ἐνομασίων.* Et in summa, in hac methodo  
 g *l. 4. de au-  
thorit. ius, in P.* erubescimus sine lege loqui<sup>f</sup>: &  
 ita autoritas legis certæ, erit hîc  
 basis totius æquitatis negotiorû.  
 Apud Iulium Pollucem<sup>g</sup>, *ἀκμῆ*  
*βεβαιώσεως*, id est, iudicium con-  
 firmationis. Et iustum, quod à le-  
 ge probatû est: vt autoritatem  
 iudicium tutorum accedere, quan-  
 do tutor firmat actum, & probat  
 sua præsentia & consensu, quod  
 agitur in negotiis pupilli<sup>h</sup>. Et in  
 his legibus, quasdam vt princi-  
 pales, annotamus: alias accesso-  
 rias, quæ præcedentes explicant,  
 confirmant, distinguunt, mutant.  
 6 Item inspicimus, num &  
 de seruatis sint, nûmve exoleue-  
 rint,

rint, vel mutatae sint: quod accidit multis modis. Primum, si contrariae latae sint posteriores, quae prioribus derogant: si conuenire aliqua interpretatione nequeant <sup>a</sup>.

Nam si conuenire possint, expedit iura iuribus concordare <sup>b</sup>: alio-

quin correctae & abrogatae auctoritatem non habent, nec vo-

cadae sunt in probationem <sup>c</sup>: perinde ac si non haberent autho-

rem, ut & qui has in testes vocauerit, in crimen falsi incidat ex

Modestino <sup>d</sup>. Secundò mutatio legum, ut aliarum rerum, trans-

figuratione fieri potest <sup>e</sup>, veluti si ex senatusconsulto inter priuatos

lato, fiat edictum à principe: vel si ex moribus particularibus, fiat

lex vniuersalis <sup>f</sup>. Tertiò mutatur lex additione, vel detractioe <sup>g</sup>.

Quartò mutatur compositione, quādo ex pluribus particularibus

t s legib

<sup>a</sup> Paul. l. non

est nouum, l. 25.

<sup>b</sup> l. sed & postero

res, l. 27. Heren-

nins, l. ideo, 26.

<sup>c</sup> de legib. in P.

<sup>d</sup> c. cum expe-

dial, de electio.

<sup>e</sup> in sex. l. si quan-

do, C. de inoffic.

<sup>f</sup> testat.

<sup>g</sup> l. vni. §. hunc

igitur, de Instin.

C. confirm.

<sup>d</sup> l. fin. ad leg.

Cor. de fals. lib.

<sup>e</sup> 48. P. tit. 10.

<sup>f</sup> Aristotel. 1.

Physic. cap. 7.

<sup>g</sup> vt in l. morib.

de vulgar. in P.

<sup>h</sup> l. ius civile,

lib. 6. de insti. &

iur. & l. ius an-

tem civile, l. 7.

cod.

legibus, vnū corpus conflatur, vt diximus, ex legib. 12. tabul. prætorum edictis, senatusc. respons. prudentum, factum fuisse ius ciuile, abolitis aliis iuribus Papyriano, Flauiano, Æliano<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l. 2. vsque ad  
§. post originem,  
de orig. iur. in  
P. l. ius ciuile, de  
inst. & iur. §.  
constat autem, de  
iure natur.

7 Vtimur itaque, in metho-  
do ista comprobationis æqui &  
boni, legibus & iuribus receptis,  
& potioribus: non antiquatis, nisi  
vel ad rationem firmandam, vt  
tamen decisionem earum non  
sequamur. Cæterum adhuc in iu-  
re approbato, delectus aliquan-  
do faciendus est, cum membra  
iuris, nempe species iuris, inter se  
diuersa constituere videntur: in-  
terdum enim ius diuinum, huma-  
no: & in humano, ius Pontificium  
ciuili, aut consuetudinis, aut ho-  
nestatis, aut necessitatis, pugnare  
videtur. Et quid sequamur, hæ-  
remus: proinde arbitror in hoc  
varie

varietatis concursu, sequendam hanc viam.

8 Primùm, necessitatis legem sequendam esse, si ea aliquid facere cogat, quod omissum prætextu iuris positi, aliquid magis iniustum consequens ferat, vt diximus in iure necessitatis, exemplo Machabæorum <sup>1. Machab. 1.</sup>. Sic in ea necessitate, duo bona conferenda sunt: præsens, quod ex observatione iuris iam positi oritur: & futurum, quod ex transgressione præsentis oritur, & malum, quod observatione præsentis iuris sequeretur. Quæ ita collata, cum bono melius sit, & melius eligi semper debeat: cumq; bonum desinat esse bonum, si ex eius literaria observatione malum sequi possit, statim luce meridiana clarius erit, omittendam esse præsentem legem ob urgentem humani iusmo

iustitiam necessitatem. Quibus addere potes ea, quæ paulò antè in eodem iure necessitatis diximus: veruntamen si vis quædam inferatur, quæ ad malum, iure diuino prohibitum, cogat: non est voluntas à iustitia alienanda, sed potius moriendum: vt illi fratres septem respōderunt <sup>a</sup>, dum contra fas carnes porcinas comedere, adigebantur tormentis. Parati sumus mori magis, quàm patrias & Dei leges præuaricari.

9 Deinceps ius diuinum, quod etiam necessitatem regit, præferendum est omnibus iuribus: non

secus, quàm veritas erroribus <sup>b</sup>. Sic exprobrat Deus Iudæis <sup>c</sup>, sine causa colunt me, mandata hominum docentes, transgredientes scilicet Dei mādāta. Deo quippè, primùm obediendum est <sup>d</sup>: & sic secularibus potestatibus obtemperan

<sup>a</sup> 2. Machab. cap. 7.

<sup>b</sup> in can. quæ contra mores, & can. qui contempta, & can. fin. s. dist.

<sup>c</sup> Matth. 15. Esa. 29.

<sup>d</sup> can. imperatores, 11. q. 3.

perandum, vt Deus non offenda-  
 tur<sup>a</sup>. Cum enim duo, potestate<sup>a</sup> *can. nos, Co*  
 maiori & minori distincti, iubent<sup>a</sup> *can. seq. 11. q. 3.*  
 diuersa & contraria, minori non  
 oportet obsequi<sup>b</sup>. At sicut maior, *b* *can. si is, 11.*  
 minoribus præponitur ad obe- *q. 3. d. can. quæ*  
 diendum: sic Deus omnibus ho- *contra, 8. dist.*  
 minibus, vt ei ideo præcipuè sit  
 obediendum. Nec est potestas vl-  
 la nisi à Deo<sup>c</sup>, & melius obedire *c* *ad Rom. 13.*  
 Deo, quàm hominibus<sup>d</sup>: ideo & *d* *Athenum 8.*  
 præponenda sacra scriptura om-  
 nibus proculdubio interpretu sa-  
 crorum sententiis<sup>e</sup>. Tertium lo- *e* *can. quis ne-*  
 cum postea sibi vindicat ius na- *sciat, & can. noli*  
 turale<sup>f</sup>, quod viuificat reliqua *f* *frater, can. ne-*  
 iura: verum quia illud in multas *que, 9. dist.*  
 species diffunditur, & per alia ex- *f* *can. ius natu-*  
 plicationem accipit, sic proce- *r* *r*  
 dendum, vt leges ab Ecclesia ca-  
 tholica promulgatæ, & à sede A-  
 postolica, generales, in his quæ  
 ad animam, eiusq; salutem dire-

ctò

Etò pertinent, post ius diuinum  
sint præcipuæ authoritatis, & re-  
pudiemus contrarias leges impe-

*a can. quis ne-  
sciat, 11. dist. can.  
nō decet, & can.  
præceptis, 12. di-  
stin. can. si ini-  
micus, & can. o-  
bedientiam, 93.  
dist. can. impe-  
rium, & can. cer-  
tum, can. consti-  
tutiones, & can.  
suscipitis, 10. di-  
stin. c. solita, de  
maiori, & obed.  
b can. quoniam  
idem mediator,  
& sequentib. 10.  
distin. can. ma-  
gnum, 11. dist.  
c can. quo iure  
defendis villas,  
8. dist. cano. cum  
ad verum, 96.  
distin. &*

ratorum<sup>a</sup>. In his autē, quæ eccle-  
siastica non sunt, sequimur inter  
laicos iura ciuilia & regni<sup>b</sup>, in  
quo res & personæ degunt. Et in  
puris temporalibus inter cleri-  
cos idem ius<sup>c</sup>.

IO Iura enim regni liberi, nō  
sunt per omnia similia Romano.

Quare in Gallia, ad cōstitutiones  
regias recurrimus: & in alijs re-

gnis, ad leges corū. Postea ad le-  
ges Romanas, rationis tātū er-

uendæ causa. Veruntamen adhuc  
inter iura hæc humana, præponi-

tur cōstitutioni generali consue-  
tudo approbata, vt diximus in iu-

re cōsuetudinis: quare illa erit in-  
spicienda & tenenda, si repugnet

ius commune, in tertio tamen  
loco, id est, dummodò ei non ad-

uerse

uerfetur ius neceffitatis, aut ius diuinum exprefse: & nifi ei derogetur exprefse per legem communem & generalem. Sed hæc methodus expedita non est in omnibus negotiis, quæ propter naturæ diuerfos partus & formas nouas, non possunt exprefsa decisione iuris determinari<sup>a</sup>. Sunt<sup>a</sup> *Pomponius in l. 3. & Celsus in l. 4. & 5. Vlpia.* & negotia ex variis circumstantiis *in l. iura l. 7. Iulianus in l. neque leges l. 9. & in l. & ideo l. 10. de leg. in P.* composita, quæ & æquum bonumq; , simul considerata, suadent: separata autem, possunt aliter considerari. Quamobrem alia methodus adhibenda erit, qua artem boni & æqui concludere liceat.

II Erit igitur alia hæc communis omni iuri, vt præcepta eadem obseruentur in æquo & bono constituendo, quæ in constituenda optima lege exiguntur<sup>b</sup>. *b. can. erit autem lex, 4. diff.* Primum itaque erit, vt quod discerni



cernitur, honestum sit: secundò sit iustum: tertio possibile: quartò secundum naturam: quintò secundum consuetudinem patriæ: sexto loco, & tempori conueniens: septimò necessarium: octauò manifestum, & sine dubio: nonò utile. Ex quibus affirmatiuè æquum & bonum colligimus, si res & negotia præceptis consentiant: & contra, negatiuè arguimus si dissentiant.

12 De singulis pauca pertractemus. Et de præcepto honestatis primum, quia illa se exhibet omnibus consideranda, & sensus exteriores quoq; afficit. Primum præceptū iuris, honestè viuere: unde & ius honestatis, de quo paulò antè dictum est, cap. II.

a §. iuris præcepta, de instit.  
 & iur. I. instituta  
 §. 1. eod. tit. in P.

13 Honestum dicitur, quod turpe non est, non effœminatum, quod non est indecorum: sed cum honore,

honore, & approbatione bonorum receptum<sup>a</sup>. Et honestum,<sup>a</sup> *Laſa. lib. 7. de falſa ſapient. cap. 18.* quasi ſtatus honoris: quod ab honestis viris fieri ſolet<sup>b</sup>. Vbi dignitas, laus<sup>c</sup>: quod detracta vtilitate per ſeipſum poſſit laudari<sup>d</sup>, Græcis καλὸς καὶ ἀγαθός. Quod oritur ex aliqua quatuor paritum, aut enim in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur, aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoq; ſuum cuique, rerum contractarum fide, aut in animi excelsi & inuicti magnitudine vel robore, aut in omnium quæ fiunt quæq; dicuntur ordine & modo, in quo ineſt modestia & temperantia. Vt ait Cicero<sup>e</sup>. *c Cicr. 1. offic.*

14 Idemq; dixit, honeſtè viuere idem ac beatè viuere<sup>f</sup>. Ariſtotelis<sup>g</sup> honestum, idem ac bonum: & malū, idem quod turpe. Idem & vult Hecato lib. 1. de bonis.

nis. Et Chrysippus libro de honesto, teste Diogene Laërtio<sup>a</sup>.  
*a* Dingo. I. art. in 7. in Zennone.

15 Itaque omnis lex, ut bona  
*b* can. erit an- & æqua sit, honestate probāda<sup>b</sup>,  
 tem lex, 4. dist. & reliqua quoque æquitatis ne-  
*c* can. per rōss. gotia. Neque recipitur id, cui iu-  
 quæst. 3. stitia publicæ honestatis resistit<sup>c</sup>:

ut quæ lædunt existimationem, &  
 sunt contra bonos mores, repro-  
*d* l. filius qui, bantur<sup>d</sup>. Neque iuramentū con-  
 de conditio. in- tra bonos mores, vel aliquid tur-  
 stitutio. l. si quis pe continens, recipitur<sup>e</sup>.  
 inquilinos, §. si.  
 de legat. 1.

16 Aristoteles, maxime in  
*e* Ulpian. in l. legibus proponendis, legislatori  
 alia causa, l. 15. esse præferenda utilibus honesta-  
 §. eleganter. filiu. bus  
 matr. lib. 24. P. tradit, & ad hanc pueros adhuc  
 tit. 3. melius, l. si existētes, & alias ætates, quæ indi-  
 quis inquilinos, gent, tãquam ad signū, per disci-  
 §. si. de legat. 1. plinā dirigi oportere<sup>f</sup>. Secundum,  
*f* Aristot. lib. Iustū sit quod decernitur, expedit.  
 7. Politic. c. 14.

17 Leges & boni mores iuris  
*g* can. ino gene- sunt, ius autē, iusti<sup>g</sup>. Iustum idem  
 rale nomen, l. 1. quod æquale, inter excessum &  
 dist. l. 1. de i. fi. & in re. defe-

defe

3 Sicq; scribit Aristoteles <sup>d</sup> <sup>d</sup> *Aristotel. 3.*  
 manifestum est, inquit, positio- <sup>Politic. c. 9.</sup>  
 nem legum necessariam esse cir-  
 ca æquales, genere & potentia:  
 sed in superiores, virtute vel ci-  
 uili potentia, nō est lex: ipsi enim  
 lex sunt. Etenim ridiculus foret,  
 qui legi eos subijcere conaretur.  
 Diceret enim fortasse, quemad-  
 modum

modum de Leone scribit Antisthenes, concionantibus lepisculis, ac censentibus æquum omnes habere debere. Et natura docet non omnes imperare debere, & alios esse qui imperent, alios qui obtemperent: alios enim ex eodem genere constituit seniores, alios iuniores, quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare<sup>a</sup>. Et Augustus graviora negotia ad suam curam transtulit, ut per se, ipse prospiceret. Et salutem Reipubl. tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem<sup>b</sup>. Et cum in legibus malis poenis afficiendi, boni præmiis donandi sunt<sup>c</sup>: hoc priuatus exequi non potest, ideo & regis erit officium, malos comprimere, bonos iuuare<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Aristotel.  
Polit. 7. c. 14.

<sup>b</sup> Paul. in l. 1.  
de sen. & l. 3. de  
officio præfetti  
vigil. lib. 1. P.  
tit. 15.

<sup>c</sup> l. 1. de instit.  
& iur.  
d. can. regis of-  
ficium, 23. q. 5.

4 Civilis sapientia iuris est,  
arsq;

arsq; regia ideo dicta disciplina,  
 commune civitatis & gentium  
 bonum spectans: subiectum eius,  
 populus: finis, commune bonum:  
 ministra, artes omnes: officia duo  
 leges condere, conditas exequi.  
 Illud, per prudentiam nomothe-  
 ticam: hoc, per iustitiam legalem  
 & iudicalem agit. Pater autem,  
 inquit Plato<sup>a</sup>, legum lationem,  
 ad regiam dignitatem pertinere,  
 sed esse optimum, non leges qui-  
 dem valere, sed hominem pru-  
 dentem, regiumq;.

<sup>a</sup> Marfilin Fi-  
 scinus, in argu-  
 mento Theagis,  
 vel de sapientia.  
 & Plato, de re-  
 gno.  
<sup>b</sup> Plato, in lib.  
 civili, vel de  
 regno.

Propter quid iuris ars,  
 seu ius inter homines.

### Cap. 17.

<sup>a</sup> Civilis scientia, ceteris artibus  
 scientia utilior.

<sup>a</sup> Quò fit, ut forte sit bonum ip-  
 sum



sum humanum.

3 Legislator multa proponens,  
respiciet ad partes animæ, &  
eius actiones: necnon quæ  
meliora sunt.

4 Ius omne, hominum causa con-  
stitutum.

5 Opus iustitiæ proprium, amicitia,  
consensus, & scientia.

6 Qui ius civile contemnendum  
putat, is vincula reuellit iudi-  
ciorum, utilitatis, vitæq; com-  
munis: & inibi plura de uti-  
litate iuris civilis.

7 De signis futura proxima solu-  
tionis uniuersi, & appropin-  
quantis huius seculi termini.

8 Finis ultimus totius artis, est  
Deus.

9 Legum consilium quod sit.



In questionem nunc ve-  
nit, propter quid, seu  
ob quæ finem iuris

ars &

ars & ius ab hominibus tractetur.  
 Erit autē solutio huius tot mem-  
 brorum, quot sunt iuris fines: ve-  
 rum locus hic non docebit, hos  
 fines, & quales sint. Illa enim tra-  
 ctatio aliud sibi caput desiderat,  
 sed propter hos iura introducta  
 breuiter enarrabit.

1 Aristoteles civilem scien-  
 tiam<sup>a</sup> tradit ceteris actiuis scien-  
 tiis vti: leges illis ferre, atque in-  
 stituere quid quisque agere, & à  
 quibus abstinere debeat, & quod  
 τὸ πᾶν τῆς τέλους περὶ εἰχοι εἶναι τὰ πᾶν  
 ἄλλων: ὅς τε τῷ τῷ εἶναι τὸ εὖ δρᾶν  
 ἄγαθόν: id est, Huius finis ce-  
 terarum scientiarum continere  
 fines.

<sup>a</sup> Aristotel. 1.  
 Ethicor. ad Nic-  
 coma. cap. 2.

2 Quò fit, ut hic finis sit bo-  
 num ipsum humanum. Sic in le-  
 gibus decem uitalibus<sup>b</sup>: Salus po-  
 puli, suprema lex esto, Neque le-  
 ges esse Cicero tradit, quæ ad eam  
 z utilita

Cicero. 1. de  
 leg. b.

utilitatem communem non referuntur<sup>a</sup>: Aristoteles rursus, non conducere traditi, leges mutare patrias: fieri autem posse, ut inducatur, aut legum aut Reipub. dissolutio, quod illæ sint commune bonum.

3. Commune ita bonum sic proponere sibi debet legislator, ut intueatur labor etq; , ut subditi boni viri efficiantur, qui finis optimæ vitæ, & procurare virtutes, per quas vir bonus quis efficitur<sup>b</sup>. Rex pacificus prospicit, sibi subditos esse pudicos, & pacificos, modestos, & concordēs<sup>c</sup>.

4. Hermogenes<sup>d</sup> dicebat, omnem ius hominum causa constitutum esse, id est, ad bonum & utilitatem hominum: cui subscribit Tribonianus<sup>e</sup>. Nam & omnes res eorum causa sunt<sup>f</sup>.

5. Plato opus iustitiæ proprium, quod

<sup>a</sup> Cicér. 2. de legib.

<sup>b</sup> Aristotel. 7. Politic. c. 14.

<sup>c</sup> in proœmio decretal.

<sup>d</sup> l. 2. de statu homin.

<sup>e</sup> § fi. de iure natural.

<sup>f</sup> l. in pœndu de vsu. § in pœndu, de rer. dinisi. ap: Iustin. Cicero, de natu. et Deor.

quod nullius vltcrius sit faculta-  
tis, dixit esse, amicitiam in ciuita-  
tibus parere: veram autem ami-  
citiam esse, proculdubio consen-  
sionem, & scientiam, nō opinio-  
nem<sup>a</sup>. Et alibi<sup>b</sup> tradit, legisla-  
tori ad tria quædam esse respi-  
ciendum: vt ciuitas, quæ legibus<sup>b</sup>  
instituitur libera sit, sibi ipsi ami-  
ca, mentem habeat. In quibus ni-  
hil aliud inuenies, quàm commu-  
ne bonum.

<sup>a</sup> Plato, in Cli-  
tiphone, vel ex-  
hortatorio.

<sup>b</sup> Plato, lib. 2.  
de legib.

6. Cicero<sup>c</sup> autem, qui ius ci-  
uile, inquit, contemnendum pu-  
tat, is vincula reuellit, non modo  
iudiciorum, sed etiam utilitatis,  
vitæq; communis. Et iterum<sup>d</sup>  
ad salutem citium, ciuitatumq;  
incolumitatem, vitamq; homi-  
num quietam & beatam, condite  
sunt leges. Et iterum<sup>e</sup>; Nihil est  
tam aptum ad ius conditionemq;  
nature, quàm lex: sine qua nec do-

<sup>c</sup> Cicero, pro  
Cecinna.

<sup>d</sup> Cicero, 2. de  
legib.

<sup>e</sup> Cicero, 3. de  
legib.

mus vlla, nec ciuitas, nec gens,  
 nec hominum vniuersum genus  
 stare, nec rerum natura omnis,  
 nec ipse mundus potest. Hoc bo-  
 num commune, dicitur vtilitas  
 quoque communis, ad quam le-  
 gislator dirigit intentionem<sup>a</sup>. Ci-  
 cero quoque, ea virtute & sapien-  
 tia, inquit<sup>b</sup>, maiores nostri fue-  
 runt, vt in legibus scribendis ni-  
 hil sibi, nisi salutem atque vtilita-  
 tem Reipublicæ proponerent.  
 Neque enim ipsi quod obesset  
 scribere volebant: & si scripsis-  
 sent, cum esset intellectum, repu-  
 diatum iri legem intelligebant.

7 Lactantius<sup>c</sup> inter signa fu-  
 turæ proximæ solutionis vniuer-  
 si, & appropinquantis huius secu-  
 li termini, adijcit fore, vt iustitia  
 rare scat: boni si qui tunc fuerint,  
 sint prædæ sceleratis, & diuexen-  
 tur vndique ab iniustis, quod fun-  
 detur

<sup>a</sup> Plato, in The-  
 eteto.

<sup>b</sup> Cicer. 1. de  
 inuent.

<sup>c</sup> Lactant. lib. 7.  
 diuinar. instit.  
 cap. 15.

detur omne ius, & leges interibunt, non sit fides, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas, non securitas inter homines, &c. Senium enim hoc mundi facile interitui patebit, cum vincula societatis tollentur. Sic enim paulatim tabescentibus corporibus, necesse est proximam adesse mortem.

8 Alius finis vltimus totius artis est, id quod per se maximè omnibus est expetendum, Deus ipse.

9 Nam legum consilium est, animos populi vel ciuium ita pro viribus componere, vt expeditam adepti tranquillitatem, diuinorum operum & causas & rationes perscrutentur: & in his, quasi in speculo, authorē Deum agnoscant, & colant. In speculatione quidem, sapientia: in cultu

a *Marsilius Ficinus in Epinomide.*

verò, religio: in ambobus tota humana consistit foelicitas, finisque legitima.

## Quare ius vel ars iuris necessaria. Cap. 18.

1<sup>a</sup> Cur expediat ius in artem redigi, & praecepta ei constitui, & variae rationes.

2<sup>a</sup> Propria natura hominis est, ratione uti.

3<sup>a</sup> Ars naturam imitatur.

4<sup>a</sup> Necessarium est ad commune bonum, quibusdam praeceptis, & generalibus, equum bonum consilium.

5<sup>a</sup> Ad iacritudinem & negotiorum & rerum, inductionem esse leguminationem: inibi, pulchre ex Cicerone.

6<sup>a</sup> Cur



**V**idetur autem expedire  
videatur, ius in artem  
redigi, & præcepta ei  
constitui, subeunt me-  
tem variæ rationes, quarum ali-  
quas tantum proferam, quæ uni-  
uerso omniq; iuri cõueniant, nec  
repetam illas, quæ in iure positio-  
traditæ sunt, quæ hunc in locum  
quoque transferri possunt.

**2.** Prior itaque erit, quia ma-  
ximè homini conuenit, ratione,  
ut propria natura uti, cum ipse  
animal sit rationis solum parti-  
ceps: nec homo dici meretur, qui  
ratione non utitur. Proinde o-  
portet hominem rationi conue-  
nientia facere. Et ita arte, ratio-  
nem, quam habet, non temerè,  
aut casu quodam, ut feræ, expli-  
care: nam impellente tantum na-  
tura, siquid probè agunt bruta, id  
faciunt sine delectatione homo con-  
stanter



stanter & cum delectu facere debet, excellentiori natura donatus. Quare & arte naturam suam in mala mutabilem, fouere debet.

3. Ars enim naturam imita-

a l. si pater, de  
adopt. in P.

tur a. Secundò, cum infinita pro-  
prium singularia oriatur ne-  
gotia, & eorum nouæ formæ ab  
imperfectione huius naturæ b.

b §. 1. de consan-  
guinit. collat. 6.  
tit. 12. in authen.

l. 2. §. sed quia  
diuin. de veter.  
iure enuclea. C.

c l. neque leges,  
cum sequentibus  
de legi. in P.

d d. l. 2. §. si  
quid autem ex d.  
de veteri iure  
enuclea.

Cumque infirmitas naturæ tan-  
tam multitudinem legum ferre  
nō possit, quæ per individua quæ-  
que decernant c: vel si ferantur,  
meminisci omnium non possit d.

4. Necessarium est, ad com-  
mune bonum, quibusdam præ-  
ceptis generalibus æquum bonū  
concludi: per quæ de singulis iuste  
respōdeti possit, & statui. Tertiò,  
Et cum res tanta varietate cir-  
cumuoluantur, & mutationibus

e l. cum debe-  
re, de feris. vr-  
ban. præd. in P.

obnoxia sint, nec possint perpe-  
rue esse, legem quandam gene-  
ralem,



a Cicero, pro  
Cecinna.

quàm ab iis à quibus illa bona re-  
licta sunt<sup>a</sup>. Nam vt perueniat ad  
nos fundus, testamento alicuius  
fieri potest: vt retineamus quod  
nostrum factum est, siue iure ci-  
uili non potest.

## De differentiis in iure perpendendis.

### Cap. 19.

1 *Separatorum, separatum esse  
debet iudicium: atque imbi,  
quæ dicantur separata.*

2 *Aliæ sunt tractationes contra-  
ctuum, aliæ iudiciorum, aliæ  
testamentorum, aliæ rerum,  
et aliæ personarum.*



VI. Aiusuprà diximus,  
iuris membra plura  
esse, quæ sub vno go-  
uerno comprehendun-  
tur:

tur: differentias obseruare & gra-  
 dus vtile erit in æquitate statuen-  
 da, ne confusio aliqua oriatur, &  
 vt antinomix facile dissoluantur.  
 Nomina ipsa iam tibi prima fron-  
 te, eadem non esse quæ diuersis  
 nominibus continentur, osten-  
 dent. Potissimum cum plura <sup>l. si idem, C.  
de codicil.</sup>  
 sint res, quàm rerum vocabula <sup>l. nam natu-  
ra, de præscript.  
verb. in P.</sup>  
 atque ex causis, ob quas in alia  
 nomina transit, ea quæ in diuersis  
 constituuntur, non eadem esse  
 lege metienda facile intelliges.  
 Quod & in hypothesebus deci-  
 dendis, quæ ad præcepta & quiboc  
 ni reducuntur, obseruabis: vt &  
 in generibus, membris, & indiui-  
 duis, vnum actionia commune  
 constituas. <sup>d. l. si idem;  
C. de codicil. l. si  
maritus quædã,  
in 1. de donat.  
inter vir. & v-  
xor. C. glos. in l.  
de bonis in ver-  
bo de serẽdis, de  
carbo. edict. fa-  
cit l. si. de calu-  
nia. P.</sup>  
 Separatorum, separatim  
 esse debere iudicium. Quia se-  
 parata, in quo diuersa sunt, pro-  
 priam habet & differentem rem

&amp;

2 *Julian. in l. qui fundum, l. 7. pro emptor. lib. 41. P. tit. 5. l. si quis ita libertatem l. 13. §. si duo servi, de statu liberis. lib. 40. P. tit. 7.* & quodammodo naturam. Intelliges autē separata, quæ idem non sunt, quæ diuersum habent genus, quæ diuersam speciem, diuersa in indiuiduo sunt. Diuersi generis sunt, æquum & iniquum; diuersæ speciei, ius naturale, diuinum, ciuile, Pontificium: &c. publicum, priuatum.

2. Aliæ tractationes contrarium, aliæ iudiciorum, aliæ testamentorum, aliæ rerum, aliæ personarum. Et rursum, inter ciuilia iura, ratione locorum, temporisq; , diuersitas: sic in aliis iuribus, & in personis, alij status cōmunes, alij singulares: & in singularibus eiusdem speciei, alia ab aliis particulari indiuiduo, distinguenda sunt, & numero, & quantitate, alioq; accidente, etsi in aliquibus conueniant. Quibus consideratis, recte & expedite reijcies

cies argumenta, quæ à simili obij-  
ciuntur: si dixeris in eo, quod simi-  
lia sunt, statuendum idem esse: at  
non per omnia similia. Et vido-  
ceas, ad differentiâs substantiæ vel  
accidentium peruenies: exemplo  
eorum, quæ obiter memoravi.  
Næque vllum simile esse idem co-  
gnosces; sicuti & iurisperiti ob-  
seruant<sup>a</sup>: vt & partis separatio-  
nem quoque alicui toto comun-  
etam, etiam si sit cum eo eiusdem  
speciei, constituere diuersitatem  
tradant<sup>b</sup>.

*l. 1. si ma-  
ter. filij l. 11. §.  
eadem causa, In-  
lian. l. cum qua-  
ritur, l. 12. Vlp.  
l. quantitasque,  
l. 13. Paul. l. ex  
an eadem, l. 14.  
de exceptio. rei  
indic. lib. 44. P.  
titu. 2.  
b l. qui fundū,  
l. 7. §. si fundum  
Cornelianū, pro  
empto. in P. lib.  
41. tit. 5.*

## De concordantia & si- militudine in iure.

### Cap. 20.

- 1 *Similitudo quid sit.*
- 2 *De similibus ad similia indi-  
cium, & argumentaria quan-  
do recipiatur.*

Ea.



A. quæ sunt, ferè omnia, in aliquo conuenire mutuo possunt, & similia quædam in se habet. Vt omnia corpora, quæ speciem habent diuersam: tamen conueniunt in principiis elementaribus, diuerso tamè modo mixtis: Omnes spiritus immortales, in sua essentia spirituali, quamuis aliqui aliis nobiliores. Sic homines omnes rationis participes, sed alij aliis modis, quàm alij, ratione vtuntur, alij non vtuntur. Omnia iura, vt diximus, ab vno dependent fonte, sed alia alio modo distincta & promulgata sunt. Iuris tractationes ab vna æquitate distinctæ, ad vnum finem generalem tendunt, sed vltra habent proprios, quibus mutuo distinguantur.

I Similitudo, est aliquius qualitatis

litatis accidentalis, vel in aliqua <sup>a collige in ex-  
emplo Vlpiani l.  
qui liberia, de  
vulgar. in P.</sup> substantia, diuerforum participa-  
tio <sup>a</sup>. Similia in similitudine par-  
ticipare oportere, docet Plato <sup>b b Plat. in Parmenide.</sup>  
Diuerforum dico participatione, <sup>c docet laus Ga-  
len. lib. 3. de na-  
tur. saculo. c. 26.</sup> quia nullum quod sit simile, idem  
est <sup>c</sup>. Et sic ad minus duorum est, <sup>d Bald. in l. ne-  
que leges, de leg.</sup> & quorum sit numerus, nam ibi  
non est idem. Res enim eadem, <sup>e Proclus, li. de  
sacri. & magia.</sup> si substantia sit eadem, vt ait Bal-  
dus <sup>d</sup>. Quamuis similitudo potens <sup>f 9. sed bodie de  
adopt. l. hac con-  
sultissima, 9. ex  
imperfecto, & 9.</sup> sit causa, & sufficiens, ad res singu-  
las vniendas, secundū Proclum <sup>c</sup> <sup>fin. C. de testa. l.  
in rem, 9. item  
quacunque, de  
rei vend. in P.</sup>  
Vnde dicimus in iure, in symbo-  
lizantibus, id est, in his quæ simi-  
le quid contribuunt, facilem esse  
mutationem <sup>f</sup>. <sup>g l. non possunt  
omnes, l. 21. de  
legib. c. inter cor-  
poralia, de trans-  
actio. c. de multa  
inneta gloss. in  
verb. idē in per-  
sonis, de praben.  
c. cum delicta & de  
confirma. c. inter  
ceteras, de rescr.  
l. seruū filij, l.</sup>

2 Proinde, de similibus ad  
similia iudicium, & argumenta-  
tio recipiuntur <sup>b</sup>: in eo scilicet, in  
quo similia manifesta. Sic Afri-  
canus iurisconsultus à simili, vti-  
tur cōfirmatione <sup>b</sup>: à similitudine  
rationis



46. §. eum qui rationis quoque fit extensio di-  
 chirograph. in P.  
 l. ita stipulatus, spositi, & legis<sup>a</sup>. Hac ratione ple-  
 de verbor. oblig. raque sibi communicant, diuersæ  
 in P.  
 a l. illud quasi iuris tractationes & leges, paria  
 ad leg. aquil. sibi vsurpant. Vt à contractibus  
 in P. l. fm. C. de. sibi vsurpant. Vt à contractibus  
 constit. pecunia. ad iudicia, fit argumentum pro-  
 b. l. 3. §. idem bum: quia in iudiciis, quasi con-  
 scribit, de pecul. trahitur<sup>b</sup>. Et omnis obligatio  
 in P. C. l. om- pro contractu accipi possit<sup>c</sup>. Item  
 nem, eod. tit. a iudiciis, ad testamenta<sup>d</sup>: à po-  
 c. l. omnem, de puli potestate, ad eam quæ prin-  
 indic. in P. cipis<sup>e</sup>: à lege publica, ad pacta<sup>f</sup>:  
 d. ut in l. non est mirum, de pi- vt à lege publica, ad priuatam<sup>g</sup>  
 gnor. actione. l. testamenti. Sic in reliquis.  
 eum qui testa-  
 mētos, §. eum qui,  
 de testam. in P.  
 vide latè Iason.  
 in rub. de indi-  
 cior. C.

e l. Barbarius,  
 de officio procōs.  
 f l. non impos-  
 sibile, de pact. l.  
 in P.  
 g §. disponas,  
 de nupt. in auth.

## De contrariis.

### Cap. 21.

Quod operatur propositum in  
 propositio, idem operatur op-  
 positum in oppositio.

2 In fingendis contrariis prossi-  
 cere oportet, ut in illatione<sup>a</sup>

CONTRA

*contrariis conueniat litera  
& mens.*

3 *Non locus conuenticula impro-  
bat: sed conuenticula impro-  
bata per se.*

4 *Contrarietas quid sit, ex Ari-  
stotele & Damasceno.*

5 *Contraria que sunt.*

6 *Quando relativa non se com-  
patiantur in eodem subiecto.*

7 *Conclusiones quedam de propo-  
sitionibus contrariis uniuersa-  
libus.*

**L**OCUS alius in iure  
interpretandi & ar-  
guendi ad eliciendam  
æquitatem, à contra-  
riis est. Nam quod de contratio-  
affectitur, de alio negatur, & con-  
trà. Et contrariorum contraria  
sunt consequentia, vt ait Cicero.  
Ita vno ex contrariis planè co-  
gnito,

*a l. 1. §. huius  
rei, de offic. eius  
cui mand. est in-  
risdict. in P. cap.  
cum Apostolicā.  
fin. de his quæ  
sunt à præd. si-  
ne cons. capit.  
b Cic. 3. Tuscul.*

a l. 1. de iis qui **gnito, aliud cognoscitur<sup>a</sup>.**  
sunt sui vel al.

inv. lib. 2. P. tit.

b. §. 1. eod. apud

Iustin. l. P. compo-

nium §. sed & is

qui, de procura.

P. §. 1. de tutel.

ap. Iustinian. l.

qui accusare, de

accusat. P.

b l. fin. §. fi. de

legat. 3. l. Iulia-

nus §. si procu-

rator, de actio-

empti.

c l. & si contra

l. 24. de vulg. in

P. Affic. in l. ex

duobus l. 33. eod.

titul.

d l. conventi-

cylam, de sacros.

eccles.

1 Hinc regula, quod ope-

ratur propositum in proposito,

idem operatur oppositum in op-

posito<sup>b</sup>. Verum non omnia op-

posita, contraria sunt, nisi alicuius

interitu secundum quid dicunt:

& inter opposita dari potest, me-

dium, quod tertium est<sup>c</sup>.

2 Quamobrem plerique fal-

luntur in fingendis contrariis, quæ

contraria non sunt: idcirco aduer-

tendum, ut in consequentia à con-

trariis, conveniat litera & mens.

Nam pleraque dicta sunt, nō ex-

cludendi animo, quæ diuersa &

contraria non sunt, sed dispositi-

uè. Ut non licet conventum illicit-

tum agere in ecclesia: non valet

consequentia, ergo in aliis locis

licet<sup>d</sup>. Nam dispositiuè de eccle-

sia dictum est, nec alia loca con-

traria in hoc sunt ecclesiis, rema-

netq;

manetq; eadem mens illiciti in illis, ac in ecclesia.

3 Nec locus cōuenticula improbat, sed conuenticula impro-  
bata per se: vbiq; ergo, sed <sup>a l. i. de colleg. illicit. in P.</sup>  
multo magis in ecclesia, impro-  
bata. Quare arguentibus à con-  
trario, necessarium obseruare,  
vt omnia contraria sint à quibus  
arguit. Et in oratione composita,  
partes omnes esse contrarias: ali-  
ter fallax argumentum. Sunt &  
ea distinguenda, quæ de contra-  
riis, cōtradictoriis, oppositis, sub-  
contrariis, subalternis, dilucidè  
iam tractauimus <sup>b in notis s. lib. Syntax. art. mirab. cap. 3. lib. 17. c. 6.</sup>

4 Contrarietatem dixit Aristoteles summam differentiā re-  
rum. Et Damascenus tradit, eam  
differentiā specificam inducere. <sup>c Aristot. lib. 5. Metaph. c. 12. d Ioan. Damasc. lib. 1. de orthod. fide, cap. 5.</sup>  
Est enim magna distantia eorū,  
quæ sub eodem genere continen-  
tur, secundum Speisippum <sup>e Speisipp. lib. de definit. Platonis.</sup>

A 2 Sed

5 Sed admodum contraria sunt se mutuò priuantia, quæ se non compatiuntur in aliquo sub-

a vt in can. hospitaliū, 32. dist.

l. Titia si non nupserit, de condict. & demon.

b l. vbi repugnantia, de reg. iur. l. 1. C. de fur.

cap. 1. vt eccles. benefi. sine quaq.

diminuit, confer.

l. scriptura C. de fide instrumē. l.

flicitudinem, de appellat.

c l. enim qui auct., de vsucap. in P.

d vt in c. inter dilectos, versic.

aturum, de fide instrument.

e vt in c. inter dilectos, versic.

aturum, de fide instrument.

iecto, nec medium admittunt.

Sic & mutuò negantia obserua-

quæ si quis allegat simul, non au-

ditur. Nec vna eademq; res po-

test diuerso iure, id est, ita con-

trario, simul & eodem tempore,

censeri. Debent enim esse ne-

gationes & assertiones, quæ rei-

ciuntur ob contrarietatem, de co-

dem ad idem, similiter & eodem

tempore: aliter his non concur-

rentibus, distinctio potest contro-

uersas pacare. Cum possint res

dissimiles in altero horum conue-

nire, & in aliquibus contradicere

& quod in vno asseritur, in alio

negari potest.

6 Sic relatiua simul non se

compatiuntur in vno subiecto,

in eo in quo se referunt, nam in

eo

eo sunt contraria: vt pater, non est filius eius, cuius est pater: nec filius, pater eius, cuius est filius: in alijs autem conuenire possunt. Et quauis relatiua se mutuò ponant, tamen in aliquibus similia, & in tertio simul esse possunt subiecto.

7 In generalibus autem propositionibus, datur hæc conclusio ex dialecticis deprompta. Duæ propositiones contrariæ vniuersales, non possunt simul esse veræ: possunt tamen simul ambæ esse falsæ<sup>a</sup>. Alia, quando duo sunt contraria, ad positionem vnius, sequitur destructio alterius<sup>b</sup>. Et eligendo vnum ex contrarijs, alteri renunciari videtur.

<sup>a</sup> l. is qui docente, & ibi glo. & Bart. de reb. dub.

<sup>b</sup> l. Pomponius, §. sed & is, de procurat. in P.

<sup>c</sup> glos. in l. nihil interest §. summonebitur, de i. offic. tej. a. in P.

## De principijs vniuersi iuris. Cap. 22.

Deinde, primum vniuersi principium.

A 3 Med

2 Medium & finis.

3 Qua ratione à Dei invocatione, nomothete præstantiores incipiendum esse censent.

4 Quare munus animi sit ratione uti.

5 Ratio, principium in rebus, tam arte, quam natura, constituendis.

6 Ratio, quid sit.

7 Quatenus ratiocinandum sit, & que exinde oriantur.

8 Sana ratio, authoritatem in probando iure habet.

9 Domus iurisconsultorum, oracula sunt totius civitatis.

10 Generale pactum societatis humanae est, obtemperare legibus.

11 Legum utilitas facit, ut legi obtemperetur. Idq; multis authoritatibus probat auctor.

12 Sicuti ab authoritate legum, firmum est argumentum: sic  
bala.                      E                      A                      etiam

*etiam leges ab auctoritate pe-  
ritorum in aliqua arte mu-  
tuantur probationes, quamuis  
et rustici sint: quod multis  
exemplis probat auctor.*



**D**IXIMVS supra in  
origine iuris obiter,  
ius natum à Deo, &  
ab eius iustitia vni-  
uersali. Et quod pertinet ad sub-  
stantiam & causam efficientem,  
illam esse Deum, & eius iustitiam:  
deinceps inde principium aliud,  
rationem, qua & iura & consue-  
tudines sunt & mores, item le-  
gislatorum auctoritatem, qui le-  
ges tulerunt: ista principia nobis  
summa manu sunt tractanda.

1 Deus primum iuris princi-  
pium est, & tale iurisconsulti fassi  
sunt. Ita Iustinianus, Deo, inquit,  
auctore, nostrum gubernare im-  
perium,

*a l. i. de veter.  
iure enuclea. C.*



a §. 1. ut hi qui obligatas se habere res perhib. iestate traditum est, & bella fœ-  
mino. l. leges sa- liciter peragimus, & pacem deco-  
cratissima C. de ramus, & statum Reipub. susten-

b Prouerb. 3. l. ramus, & c. Et à Deo leges profe-  
inter claras, de rendi, nomothetas accepisse po-

c D. Iacob. c. 1, testatem, ait<sup>a</sup>: quia per illum etiā

d can. rueriti- principes recta decernunt, & iu-

e can. legimus stitiam scribunt<sup>b</sup>. Cūm alioquin

§. hinc 27. dist. omne bonum optimum de fœ-

f §. 1. de fide sum, descendens à patre luminū:

g §. 1. de prinil. omnium is bonorum author<sup>d</sup>, &

dot. in anthet<sup>e</sup> scientiarum<sup>c</sup>, imperiumq; is de

collatio. 3. cano. cælo constituit<sup>f</sup>.

quam pio 1. q. 2. 2 Est principium, omnium

can. in exordio, medium, & finis<sup>g</sup>. Deus, & totius

30 distinct. cano. sanctionis & doctrinæ fundamen-

h 1. ad Corinth. tum<sup>h</sup>, sine quo aedificari non po-

cap. 3. test<sup>i</sup>. Docuit & Panderus<sup>k</sup>,

i can. cūm Pau- τῶν ἅντων ἀπάντων ὑπερπεν-  
luc, 1. q. 1. 3. Pythio. epist. 2.

k Pindar. Ode 3. Pythio. epist. 2. *Omni negotia causam superpone-*

re Deum.

3. Ex ratione à Dei inuoca-

tionem,

atione, vt ab auctore legum, nomothetæ præstantiores incipendum esse censent. Vt Plato<sup>a</sup>, θεός<sup>a</sup> Plato, in leg.  
 ἢ πῶς ἡμῶν αὖ ἔστιν, τὴν ἀρχὴν εἰλημῆς  
 τῆς πρὸς τὴν νόμον διαδύσεως. θεός δ' ἔστι  
 τε θεός, εἰ ἀπὸ θεοῦ ἀρχήσται, ἐπει-  
 δὴ μᾶλλον μετὰ νόμον ἔστι. Et ita quo-  
 que cœpta est Pandectarum com-  
 pilatio, & Cod. & Institutionum  
 iuris, in nomine Domini nostri  
 IESU CHRISTI, &c. per Iusti-  
 nianum, & pleraque alia iura<sup>b</sup>. <sup>b</sup> l. in nomine  
 Statuit & idem eorum, qui iura domini, de offic.  
 discere debent, animas, primum præfect. prætor.  
 fieri debere eruditas, postea lin- <sup>Asi. §. 1. de ar-</sup>  
 guas<sup>c</sup>, nempe anima existente <sup>mis. In authent.</sup>  
 pretiosiore corpore<sup>d</sup>. Aliud prin- <sup>collat. 8. In §. 1.</sup>  
 cipium iuris, iustitia est<sup>e</sup>. De quo <sup>de quæstorib. in</sup>  
 superius egimus cap. 14. istius libri. <sup>authent.</sup>  
 Ratio quoque in his quæ decreta <sup>c §. illud pri-</sup>  
 sunt, & in decernendis tertium <sup>mius, in prætor.</sup>  
 principium, & vultu lapis Lydius <sup>Pandect.</sup>  
 est. Sic enim ostendimus aliquantulum <sup>d l. sancimus, in</sup>  
 ratio <sup>l. C. de sacrosan.</sup>  
 ratio <sup>eccles.</sup>  
 ratio <sup>e l. 1. de instit.</sup>  
 ratio <sup>& iur. P.</sup>

A 5 ratio

rationabile esse, ex qualitatibus

a *supra cap. 13. numeri. 26.* qui constituendi in præceptis.

b *Cicero, 3. Tusculan.* 4. Munus animi est, ratione

c *4. Tusculan. Cicer.* ut: hac bene adhibita, cernit

d *Cicer. 2. Tusculan.* quid optimum sit: neglecta, mul-

e *in cap. causam qua, cap. 18. de indic. lib. 2.* tis implicatur erroribus. Nec po-

f *tit. 1. ap. Greg.* test esse quicquã æquabile, quod

g *in c. ex tenore, cap. 11. de foro compet. lib. 2. de creta. tit. 2.* nõ à certa ratione proficiscatur.

h *in c. exhibita cap. 19. c. fin. de indic. apud Gregor.* Quare Innocentius 3. iubet in

i *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* ius procedi, ratione prævia.

k *Aristotel. lib. 7. Polit. c. 5.* Et id ipsum Honorius 3. Pontif.

l *in c. exhibita cap. 19. c. fin. de indic. apud Gregor.* Max.

m *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* Inter homines, ratio prin-

n *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* cipium est pariter in rebus tam

o *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* arte, quam natura cõstituendis.

p *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* Illa autem in nobis, naturæ est fi-

q *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* nis: ad hoc enim Deus nos fo-

r *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* cit, ut essemus rationales.

s *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* 6 Ratio est, societatis hu-

t *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* manæ vinculum, ut oratio, quæ

u *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* dicendo, communicando, disce-

v *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* pendo, iudicando, conciliat inter

w *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* se homines, coniungit, & retinet

x *Aristot. lib. 1. de partibus animal. c. 1. circa princip.* natura

naturali societate<sup>a</sup>. Sic scribit<sup>a</sup> *Cicer. 1. offic.*  
 Archadius iurifcon.<sup>b</sup> Herennium<sup>b</sup> *l. munerum,*  
 Modestinum, notando & dispu-<sup>c</sup> *l. 18. §. mixta de*  
 tando, inuenisse veram munerū *muner. & bono*  
 determinationem. Ita Cicero le- *lib. 50. P. sit. 4.*  
 gitimam constitutionem, ex ra-<sup>c</sup> *Cicero, 2. ad*  
 tiocinatione pendere tradit<sup>c</sup>. *Heren.*

7 Quia eatenus ratiocinan-  
 dum est, donec veritas inuenia-  
 tur, & tunc optima lex fit, cum sit  
 veritas, id est, lex  
 veritatis inuentio<sup>d</sup>. Optimas le-<sup>d</sup> *Plato in Mi-*  
 ges custodit, utentiū virtus; ven- *nos.*  
 tium autem virtus, à ratione exo-  
 ritur: hæc, ab exercitatione: exer-  
 citatio, à veritate; veritas, non nisi  
 per oñem quod in ea assequenda  
 ponitur, haberi potest. Nec præ-  
 ter verissimam rationem, instru-  
 mentum aliud datum homini-  
 bus, quo possimus virtutem com-  
 prehendere, vt author Maximus  
 Tyrius<sup>e</sup> *Maxim. Ty-*  
*rius, serm. 6.*  
 Sana

## 8 Sana ratio auctoritatem

in probando iure habet, ut eam

*a* *glos. in c. ex eo, §. rationis, de electio. in sexto.* sufficiat allegare, ubi non est lex <sup>a</sup>:*b* *can. sana, §. distinct.* præferturque; exemplis <sup>b</sup>, & consuetudini prauæ <sup>c</sup>, & humanæ auctoritatis ut sit repudiandum ab-*c* *can. sinistra, ead. dist. 8.* sente ratione, illud Pythagoricum, *αὐλὸς ἴσα*, & ita Celsus fi-lius <sup>d</sup>, à patris sententia, dictante æquitate & ratione naturali, recessit. Nec scire leges est, earum*d* *l. 1. §. si quis queri, de condi. caus. dat.* verba tenere, sed vim & rationem assequi <sup>e</sup>. Quartum princi-

pium iuris, legislatorum est au-

thoritas, quæ ratione potestatis

*e* *l. scire leges, de legib. in P. l. non dubium, C. ead.* illis concessæ, constringunt ho-*f* *Cicero, 1. de orator.* minum vitas, adherentque; illorum*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* responsis homines, ut oraculis.*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* 9 Vt vim etiam Cicero di-*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* xerit, domum iurisperitorum*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* esse oraculum totius ciuitatis <sup>f</sup>.*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* Inde & legum etiam imperium,*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* quibus oportet morem gerere <sup>g</sup>.*g* *l. leges sacratissima, l. leges ut generales l. humanum, de le-* Diuus

Diuus Augustinus contra societatem fieri ciuitatis tradit esse, si non obtemperetur statutis principum.

10 Quia generale pactum est societatis humanæ, obtemperare regibus suis. Socrates vult<sup>b</sup>, a Diuus Aug.  
iustum esse, legibus obtemperare, & secundum eas viuere: in qua contra mo-  
iustum, contrà. Et ciuitatem, in res, 3. dist.  
qua ciues legibus pareant, in pace b Xenoph. lib.  
beatam, & bello inuictam esse. 4. de dict. & factis Socrat.

Nec non, inquit, è concordia maximum ciuitatibus esse bonum videtur, pluriesq; & senatus, & viri optimi ad eam ipsam hortantur, totaq; in Græcia lex posita est, vt ciues ad concordiam iurando cōueniant atque ybique id inter se præstant. Hæc, ni fallor, faciunt, non vt semper eosdem saltatores, nec vt eosdem tubicinos, nec vt eosdem poëtas habe

habeant: sed ut legibus parcant.  
Nam cum bene cum legibus ci-  
ues conuenerint, faciliores, ac  
multò erūt ciuitates potentiores.

¶ Sed & ob utilitatem, quæ  
ex legum latione, sequitur, ob-  
temperatur legi: quia benedictio-  
nem dabit legislator, & ibunt de  
virtute in virtutem, & videbitur

Deus Deorum in Sion<sup>a</sup>. Qui le-  
gem, inquit Aristoteles<sup>b</sup>, præesse  
iubent, videtur & Deum præesse  
iubere & leges: qui autem homi-  
nem, videntur & bestiam. Libido  
quippe talis est, atque obliquè vi-  
ròs agit etiam optimos qui sunt  
in potestate: quo mens absque  
appetitu, lex est. Interrogauit Pit-  
tacus<sup>c</sup> Minutylaneus à Cræso, quod

nam esset maximum imperium  
lignū, inquit, variū, legem nimi-  
rū innuens. Et Euripides<sup>d</sup>,

τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἀνθρώπων νόμος  
τῦτ'.

<sup>a</sup> Psal. 83.  
<sup>b</sup> Aristot. lib.  
2. Polit. c. 12.

<sup>c</sup> Dioge. Laër-  
tius, de vita Phi-  
lof. in Pittac.

<sup>d</sup> Euripid. in  
Supplicib. act. 1.

τῶν ἰδ' ὅτι τὰν ἴσ τε νόμους σά-  
ση καλῶς. id est,

*Idipsum enim quod hominum  
civitates continet, est.*

*Quando quis tuos leges probet.*

Et paulò post <sup>a</sup>, idem latè profe- <sup>a</sup> Euripid. ibi,  
quitur legis utilitates, supra im- <sup>actm 2.</sup>  
perium tyranni, per plures ver-  
sus, incipitq; ibi,

ἥ δ' ἐν κυράνῃ δυσμενέστερον πόλει.

ὅπερ τὸ μὲν πρόπτερον ἐκ εἰσὶν νόμοι

καὶ νόμοι, καλῶς δ' εἰς τὸν νόμον κα-

κλημένοι

αὐτὸς παρ' αὐτῶν, καὶ τὸ δ' ἐκεί' ἔστι.

μεγαμμένων δὲ τῶν νόμων, ὅ,

καὶ ἀδυνάτοις,

καὶ πλάσιος τε ἢ τὴν Αἰώνιον ἔχει,

καὶ ἄλλοις. id est,

*Nihil tyranno civitati infestius:*

*- Hic primum quidem nulla fuit.*

*- Hic leges, hinc imperia, hinc*

*Componunt, imperia q; imperia,*

*quidam in imperia, alii in*

*on* **Et**



*Et potestate lex est: atque id tibi  
non aequè competit.*

*Scripturam verò legum, tenuis  
simul*

*Et diues, inaequale, & modum  
habent, &c.*

a Eurip. in He-  
cuba, act. 4

Et alibi <sup>2</sup>,

ἀλλ' οἱ θεοὶ σίγῃσι καὶ κέρων  
κραίων

νόμας. Νομῶ γὰρ τὸς θεὸς ἡγέ-  
μεθα,

καὶ ζῶμεν ἄδυνα καὶ δίκην ὠρεο-  
μένοι. id est,

*At Deus potens est, & quae il-  
lis imperat*

*Lex. Lege enim & Deum esse  
consecutus,*

*Hacq, aequa & iniqua finientes*

Multa scire digna, in fallar, tra-  
didi de legum necessaria obser-  
uatione lib. 39. Syntaxon artis  
mirabilis, cap. 9. quae ibi videbis,

ne vtamur fastidiosa repetitione.

12. Adde ab authoritate legum, firmum esse argumentum. Sicut illeges, ab authoritate peritorum in aliqua arte, mutuantur probationes, quamuis ij rustici sint: vt Vlpianus reijcit prægnantis controuersia iudicium, ad obstetrices quæ sint probatissimæ artis & fidei. Vtuntur & probatione sententiis & authoritate Hippocratis in quæstione quæ medicorum & philosophorum esse videbatur, & Aristotelis quoque, & ab historiarum narratoribus petit fidem Paulus iurisc. à poëtis alij, vt à Vergilio, Homero, ab oratoribus & philosophis, vt à Demosthene, Chrysippo, Platone, Cicero. Considerandæ etiã sunt causæ, vt principia negotiorum, in statuenda de illis æquitate: nam

a l. si chorui, §. de legat. 1.

b Vlpia. l. 1. de ventre inficiet.

c l. septimo men se, de stat. homi.

d l. si pater, de solutio.

e Paul. in l. antiqui, si pars hereditatis petat.

f l. in tantum, §. si de rer. dini.

g l. 1. de rerum permuta. l. 1. de

contrah. emptio. l. aut facta, §.

eventus, de par. in P.

h l. 1. de legib. in P. d. l. aut facta, §. qualitate,

de par. P. d. l. 1. de par.

i l. 1. de non dino, in P.

k l. Cicero, de par. in P.

B

quæ

quædam res per se vsu sunt adia-  
phoræ, quibus quis & benè & ma-  
lè vti potest: ita non ex rerum na-  
tura, quibus vtimur, sed ex causa  
vtendi, & modo appetendi, vel  
a can. quisquis, probandum vel improbandum  
& can. si q. 41. est, quod facimus<sup>2</sup>.  
distinct.

## De mediis, quibus ad æquum bonumq; per- uenitur. Cap. 23.

- 1 *Media que sunt.*
- 2 *Iustum querens, medium que-  
rit, quod & lex dicitur.*
- 3 *Antiqui legistores optimi,  
ex mediocribus cunabulis fuere.*
- 4 *Respublica, vita ciuitatis.*
- 5 *Medium quid sit.*
- 6 *Commoda mediocritatis ex En-  
ripide, & aliis.*
- 7 *Mediocritas ad omnem usum,  
cultumq;*

cultumq; vite referenda

8 *Tripsis est pars, que suo non congruit uniuerso.*

9 *Mediū, varia sortitur nomina.*

10 *Media in iure, sunt formule prescripte, quibus docemur recte dicere, agere, & viuere.*

11 *Legis anima, & magistratus, instrumenta sunt boni & equi.*



**M**EDIA sunt, per quæ, velut per instrumenta, æqui boniq;, incomposita & iniusta negotia; ad bonum æquumq; reducuntur. Aristoteles scribit eos qui legem ponunt in Republica, semper ad medios homines, inter nimium nobiles, & nimium ignobiles, pauperes multum & diuites, respicere debere. Siue enim ad paucorum gubernationem dirigantur leges, de mediis est con-

*Aristot. lib.  
4. Politic. c.12.*

iectandum; siue ad popularem statum, hoc & respicere debent. Vbi enim mediocrium superat multitudo, vel vtrunque extremum, vel alterum tantum, hæc Respublica recipit stabilitatem.

a *Aristot. lib.*  
3. *Polit. c. 12.*

2. Et alibi<sup>a</sup>, manifestum est, quod iustum quærentes medium quærunt. Lex enim medium est.

b *Aristotel. 4.*  
*Polit. c. 11.*

3. Et antiqui legillatores optimi, ex mediocribus ciuibus fuerunt. Vt Lycurgus, & Charūdas<sup>b</sup>. Nam qui præstant & ditiores sunt, imperare tantum desiderāt, & propter delicias non norunt obedire: at nimium pauperes, & seruili animo nati, nec magistratum genere commodè possunt, sed ad parendum seruiliter sunt apti: aliena concupiscunt, nobilibus invident, seditiones nutriunt. Mediocris fortunæ & status, vtriusque extremis priuantur, & ita Rei publicæ

publicæ vitæ

4 (Est enim Respublica vitæ ciuitatis) in mediocribus tutior, & per consequens durabilior, & quò magis ad mediocritatem illam accedit.

5 Medium est, quod æqualiter distat ab extremis a:

6 Hæc via mediocritatis recta, tendit ad bonum publicum & priuatum, quod per iuris im-

a Arist. *ethicor.* c. 5. glo. in l. qui sella, §. si. de seru. rusti. lib. 2. P. tit. 3. l. 9. §. adiectio, ad leg. Cornel. de fidei. b Euripid. in *Medea* act. 1.

τὸ γὰρ εὐδίδως ζῆν ἐπ' ἰσοισιν,  
 κρηῖστον ὁμογ' εἶν, εἰ μὴ μεγάλας,  
 δχυρῶς τ' εἴη καὶ ἀγρυπνάσκειν.  
 τῶν γὰρ μεγάλων πρῶτα μὲν εἰπείν,  
 τ' ἔντομα νικᾷ, κρηῖσταί τε μακρῶ  
 λῶσα βροτοῖσι. τὰ δ' ὑπερβάλλον  
 τ' ὑδρία χειρὸν διώλαι δυνάοις.  
 Μείζους δ' ἄτας, ὅταν δρυαδῇ  
 Δαίμων, ὅμοις ἀπιδόκεν. id est,

*Mediocri assuescere vitæ*

B 3

*Mibi*

*Mibi sanè præstabilius est, si non  
splendide*

*Tutoq, consensescere liceat.*

*Primum enim nomen mediocri-  
tatis vincit,*

*Plausibilisq, est, optimumq,  
diu ui.*

*Mortalibus: at opes excelsæ*

*Haud perpetuò stabiles, firmaq,  
sunt mortalibus:*

*Quin tristiores noxas cum ira-  
tus fuerit*

*Deus, potentius familia in-  
mittit.*

a Horatium lib. Accedit Horatius<sup>a</sup> ad Licinium  
2. carminū, Ode  
cap. 10. scribens,

*Rectius viues, Licini, nec alium*

*Semper urgendo, neque dum  
procellas*

*Cautus horrescis nimium pre-  
mendo*

*Letus iniquum.*

*Aurae quisquis mediocritatem  
Dilig*

*Diligit, sicut caret obsoleti  
Sordibus recti, caret invidenda  
Sobrius aula.*

Et intra hanc ipsam mediocritatem sese continendum docet variis argumentis Ovidius, quem videto<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Ovid. lib. 3.  
Tristium, Elegia

7 Mediocritasq; , vt ait Cicero<sup>b</sup>, ad omnē vsum cultumq; vitæ referenda est; & in omnibus rebus mediocritas est optima. Cum itaque totum Reipublicæ corpus magis salubre sit quod in mediocritate consistit, fiatq; in domesticis in ciuili societate durabilior: oportet partes eius eo exemplo ita componere, vt eadem via mediocritatis, quæ ad illas pertinet, moderentur legistatores.

<sup>b</sup> Cicero. 1. offic.

<sup>c</sup> can. question.  
172, 8. dist.

8 Turpis enim est pars, quæ suo non congruit vniuerso: nec decet à capite membra discedere<sup>d</sup>. Ita in definiendis negotiis,

<sup>d</sup> can. non detest, 12. dist. can. celebritatem, de consecrat. dist. 3. §. 1. de ecclesiast. vint. in authent.



& constituendis legibus, medium  
erit eligendum.

a §. quia igitur, versu. C.  
post prædictam,  
de consulib. in  
auth. col. 4. tit.

b Vlpian. in l.  
solet, l. 6. §. fin.

c de offic. præcon-  
sulib. 2. P. tit. 10.

e cap. 1. de offi-  
ciis custod. lib.  
decretal. tit. 27.

can. presentium,  
2. quæst. 3.

d in l. quæren-  
ti, cap. 26. de of-  
fic. de legat. lib.

1. decret. tit. 29.

e l. respicien-  
dum, de pen. P.

l. 2. de cens. res-  
um, lib. 9. C.

tit. 4.

f can. discipli-  
næ, c. 1. diff.

9 Hoc medium, modum vo-  
cat Vlpianus<sup>b</sup>, res Pontificum  
quoque & discretionem, & ma-  
ximam virtutum<sup>c</sup>. Innocentius 3.

Pont. Max. æquitatis viam<sup>d</sup>. Con-

sistitq; ne quid supra quam oportet, vel minus quam oportet, sta-

tuatur. Ut in penis, ne quid mi-

nus vel durius fiat. Et miscenda

seueritas cum lenitate, ut loqua-

tur quoddam ex utraque tempe-

ramentum: ne nimia seueritate

lædantur subditi, ne nimia be-

nignitate soluantur<sup>f</sup>. In aliis quo-

que, ne quid nimis, medium erit,

inert excessum & defectum: verum-

que extremum enim, conturbat

societatem humanam. Erunt ita-

que, tot instrumenta media ad

bonum, quor sunt virtutes. Nam

scripsit Aristoteles, vitam beatam

esse

esse secundum virtutem non impeditam; virtutem autē esse mediocritatem<sup>a</sup>. Virtus medium<sup>a</sup> ipsum & inuenit & expetit, ab exuperantia & defectu aliena<sup>b</sup>. Ideo virtutem dicunt perfectissimam iustitiam<sup>c</sup>, scilicet, quæ distribuit cuiq; æquē, quod suū est.

<sup>a</sup> Aristotel. 4. Politic. c. 1. & lib. 1. Ethicor. ad Nicom. c. 1.

<sup>b</sup> Aristotel. 2. Ethicor. ad Nicom. cap. 4.

<sup>c</sup> §. 1. vbi omnes obediunt iudic.

10 Sunt in iure media, formulae præscriptæ, quibus docemur rectē & composītē dicere, agere, & viuere. Eò dirigendæ contractuum formæ, & iudiciorum, & testamentorum solemnia, & similia.

11 Eò etiam pertinent leges, & earum anima, magistratus, quæ instrumenta sunt boni & æqui. Et legum & iudiciū vigor in medio positus est, ne quisque sibi permittat vindictam<sup>d</sup>. Et magistratus ius ad effectum perducit, & sine iis parū est, iura in ciuitate esse.

<sup>d</sup> 1. nullus, c. de Iudic.

<sup>e</sup> 1. 2. §. post originem, de origi. iur. in P.

B 5 De

## De finibus iuris.

## Cap. 24.

- 1 *Finis, duplex est.*
- 2 *Virtutes vera dici non possunt,  
ubi non est vera religio.*
- 3 *Finis legum est, ut Deo cultu &  
vita puritate, optimum atque  
pulcherrimum exitum conse-  
quamur.*
- 4 *Iudicium Christi, iustitia est.*
- 5 *Qui iustitiam impediunt &  
suffocant.*
- 6 *Iustitia su & exercetur probe,  
multis modis.*
- 7 *Finis iuria, est inflatia.*
- 8 *Finis alius iuris, est tranquilli-  
tas & concordia.*
- 9 *Corpus non dat legem anime.*
- 10 *Commoda, que ex fine iuris  
(nempe cōcordia) exoriūtur.*
- 11 *Legislator officio medici simi-  
lis,*

gens, & premissio & panna, ve-  
luti pharmacia, corpus Rei-  
publice continet.

12 *Varia sunt in Republ. functio-  
nes: ut membrorum, in corpore.*



IN I V M, alij vltimi  
sunt, alij ducunt ad  
vltimum. Vltimus fi-  
nis, vt dixim<sup>9</sup>, in que-

stione propter quid, item & prin-  
cipium, Deus est: ego, inquit ipse  
Deus, principiu & finis α, & ω<sup>2</sup>. *Apocaly. 22.*

2 Nec virtutes veræ dici pos-  
sunt, vbi non est vera religio: &  
nisi eas ad Deum componas, vi-  
tia potius sunt, quàm virtutes:  
nam ipsæ ratione sui expetitæ, in-  
flant, & ita vitium admittunt<sup>b</sup>.

Finis itaque vltimus legislatori,  
vt Cynolura nauæ, perpetuò in-  
spiciendus est Deus, eiusq; volun-  
tas & honos: eiq; sua præcepta  
coniun-

*b D. August.  
lib. 29. de ciuita-  
Dei, cap. 25. &  
13. de trinita.*

a *Plato, in Epi-  
nomide.*

coniunget. Sicq; ex sententia Plato-  
nis<sup>a</sup>, omni crimine legislator ca-  
rebit, si melius de diis quàm pri-  
sci sentiat, & optima vsus disci-  
plina Deum hymnis colat, bea-  
titudineq; extollat, atque ita vi-  
ram transigat.

3 Clinias, rectè tu hospes,  
quandoquidem finis hic legum  
tibi propositus est, vt Dei cultu &  
vitæ puritate, optimum atque pul-  
cherrimum exitum consequaris.  
Quod autem hic finis sit legis di-  
uinæ, notius est, quàm oporteat  
in eo immorari, & nihil aliud  
Theologiæ nomen, quàm sermo-  
nem de Deo explicat, & præce-  
pta de salute æterna. Finis Evan-  
gelij & doctrinæ Christi est, per  
Euangelium ad se accedentes, si-  
bi ipsi conformare: conformatos,  
filios exhibere patri, & hæredes  
quidem Dei, cohæredes autem  
per

per eam adoptionem, quæ gratia  
 obligit, ipsius unigeniti & primo  
 geniti IESU CHRISTI, teste  
 Nicephoro Calixti<sup>a</sup>. Imitantur  
 alii iura hunc finem, ut possint  
 animas Deo puras & immacula-  
 tas præsentare<sup>b</sup>. Ad finem hunc  
 dirigitur iustitia, quia iudicium  
 Christi, iustitia est.

4. Et in omni loco, qui facit  
 iustitiam, acceptus est Deo<sup>d</sup>. Et  
 quicumque timet Deum, operatur  
 iustitiam<sup>e</sup>. Sic iustitiā colimus<sup>f</sup>,  
 id est, Deum. Et Plato<sup>g</sup> in dialo-  
 gis, iustitiam divinam legem, ar-  
 bitratus est, ut ad iuste agendum  
 potentius persuaderet, ne post  
 mortem poenas improbi lucent.  
 Hanc iustitiam, finem esse docet  
 effectus, quod in ea media resol-  
 vantur & contineantur. Nam ea  
 virtutes omnes complectitur, &  
 temperantiam habet, utilitatis  
 publicæ.

<sup>a</sup> Nicephor. Calixt. lib. 1. histo-  
 ria ecclesiastic.

<sup>b</sup> cap. 22.  
<sup>c</sup> Iustitia in §.  
 sancimus de Le-  
 noni in authen.

<sup>c</sup> can. quicum-  
 que aut consan-  
 guinitate, 11. q. 3.

<sup>d</sup> c. ad decorem  
 c. 5. de institut.  
 ib. 3. decretal.  
 tit. 7.

<sup>e</sup> can. remorat,  
 §. hic ita respon-  
 detur, 32. q. 4.

<sup>f</sup> l. 1. de iustit.  
 §. iur.

<sup>g</sup> Ding. Læ-  
 rianus in Platone,  
 lib. 3. de vitio  
 philosoph.

publicæ forrix, quæ adest eis, qui

*a can. fortitudinis, 23. q. 3.* patriam vel domesticos defendunt

*b cap. forum, de verbor. signific. apud Gregor.* infirmos<sup>a</sup>. Dum finem accipit causa in iudicium deducta, iustitia

*c Modest. in l. scire oportet, l. 25. §. consequens, de excusa tutor. lib. 27. P. tit. 1.* dicitur<sup>b</sup>. Et Modestinus<sup>c</sup> dixit, sufficere fidem firmari ex naturali iustitia.

*d D. Cyprianus, de 12. abusu. glof. in clement. 1. §. quia vero, de statu monach. qua fusa pluribus capitibus explicat Guilielmus le Ronille, lib. 2. iustitia & iniustitia de scriptionis.* ¶ Hanc impediunt & suffocant, sapiens sine operibus: senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine virtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina, popul<sup>9</sup> sine lege<sup>d</sup>.

*e can. vendentes, 1. q. 3. cano. pauper, 11. q. 3. f cap. nonis de iudiciis, Dent. 1. g can. sex, 23. quæst. 3. h can. omnis, & sequen. can. disciplina, 45. dist.* ¶ Fit iustitia & exercetur probè: si non vendatur<sup>e</sup>. Si cuilibet sine acceptione personarū<sup>f</sup> distribuatur: si odium absit, & bonus zelus adsit<sup>g</sup>: si rigor cum misericordia temperetur<sup>h</sup>.

7 Hæc itaque iustitia, iuris erit

erit & finis: cum vetus sit illud  
 prouerbum, ne Iouem quidem  
 sine iustitia regem agere posse<sup>a</sup>. *a Plutarch. de  
 doctrina princ.*

8 Alius finis iuris, tranquillitas  
 & concordia societatis hu-  
 manæ, in iure gentium, omnium  
 hominum: in ciuili, ciuitatis. Hic  
 salus est populi, quod vt facilius  
 explicem, collationem corporis  
 humani, & Reipub. paucis doceo.  
 Corpus constituunt vnū omnes  
 homines, in societate humana:  
 veluti membra in vno homine,  
 totum constituunt. Dum quatuor  
 elementa in homine conueniunt,  
 & optimo temperamento iun-  
 guntur, salubre dicemus corpus.  
 Nam Galenus<sup>b</sup> tale dicit simpli-  
 citer, quod ab ipso naturæ ortu,  
 temperaturam bonam suscipit &  
 sortitur in simplicibus ac primis  
 particulis, estq; in his, quæ ex illis  
 constant commensuratum. Vt &  
 salubre,

*b Galenus, in  
 arte medicinali,  
 cap. 4.*



salubre, vt nunc, id est, considerato presenti tempore quo sanū est, quod bonam habet temperaturam & commensurationem, non tamen optimam, ac sibi propriam. Sic in Republica, corpus vnum, illa vna est. Illud salubre, si partes aliquo temperamento vel perfecto, vel proprio, secundum presentem statum conueniant: contrā insalubre, si dissentiant & dissoluantur. Humores vel elementa corporis animatis, quatuor sūt, sanguis, pituita, bilis flaua, & atra<sup>a</sup>: ex quorum temperamento & à prædominante, homines varios mores subire dicuntur, qui perniciosiores quanto magis à natura degenerant, quo casu fiunt non naturales & insalubres<sup>b</sup>, quos medicus emendare satagit. Hippocrates<sup>c</sup> tria, quæ corpus nostrum constituunt, dixit, conti

<sup>a</sup> Galen. lib. 2.  
de elementis.

<sup>b</sup> Galen. lib. 2.  
de facult. natur.

<sup>c</sup> Hippocrates  
Epidemia. parte

1. & aphor. 8.

continentia, contenta, & impo-  
 rum facientia: id est, solidas par-  
 tes, humores, & spiritus. Spiritum  
 autem vocant hîc phisici &  
 medici, substantiam subtilem,  
 æream, dilucidam, ex tenuissima  
 quaque sanguinis parte produ-  
 ctam, qua deferatur virtus à par-  
 tibus principatum habētibus, ad  
 reliquas, vt proprias possint ede-  
 re actiones. Cuius species, vitalis  
 & animalis <sup>a</sup>, de quibus nos alibi <sup>a</sup> *Hippocrates,*  
 proprio loco <sup>b</sup>. Ex his quatuor, <sup>b</sup> *lib. 11. syn-*  
 naturæ hominum insurgunt to- *taxes artis mi-*  
 tidem. A sanguine, si qualitates <sup>c</sup> *tab. cap. 20.*  
 spectes, calor & humor florido  
 quidem corpore homines produ-  
 cit: quod ad animum pertinet,  
 lasciuos, moribus cœmici, simpli-  
 ces, minimeq; fucatos, tamē non  
 stolidos. Bilis flaua, arido quidem  
 corpore ac suffuso præfert, sed  
 callidos, subdolos, ingeniosos,  
 C feruidi

feruidi ardentisq; ac concitati animi, prudentes, industrios, solertes, inconstantes, instabiles, fraudulentos,

a Persius Sat.  
179. 3.

— Qui fronte polita,

*Astitutam vapido servant sub  
pectore mentem.*

Atra bilis, facit stabiles, constantes, inertes, tristes, morosos, perfidos, subdolos, avaros, inuidos, timidos, pusillanimes. Pituuta, ad fingendos formandosq; mores, inutilis, suntq; huiusmodi hebetioris ingenij, nec ad vllas actiones ac munia accommodi, segnes, somnolenti, carnosii. Nemo autē negabit Rempubl. ex huiusmodi hominibus compositam esse.

¶ Quamuis enim negare possimus corpus dare legem animæ neque etiam humores, si ratio imperet: tamen verissimum est, animam multis offundi tenebris

bris à corporeis humoribus & spiritibus & instrumenta, quibus operatur, interdum intercludi, ut non possit efficere quæ poterat: interdum & ipsa consentit, & sequitur inclinationes illas, & se ipsis subijcit. Quò fit, ut eo modo sequatur anima temperamētum corporis<sup>a</sup>. Sic sum. Pont. ait sæpè diuersitatem animarum, se quidi-  
uersitatem corporum<sup>b</sup>. Et corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem<sup>c</sup>. Hinc fit, ut variaz sint voluntates singulorum, variaz sententiaz<sup>d</sup>, difficilis consensus, dominantibus affectibus inferioris partis humanæ. Sic corpus onustū

<sup>a</sup> hoc disputat proprio libello

Galenus, quod animi mores sequantur temperant. corpor.

<sup>b</sup> c, quia diuersitatem, de concess. præbend.

<sup>c</sup> Sapient. 9.

<sup>d</sup> l. quia peccat, ad ferat.

Tribel. in P.

*Extremis uitiis, corpus quoque*

*pregnans uita,*

*Atque affigit humi diuine partem  
mentis aure*

<sup>e</sup> Horatius lib. 1. sermo.

C 2

Exce

Excedunt & plerunque isti humores, & nimium fiunt quidam sanguinei, vel biliosi, vel melancholici, vel pituitosi.

10 Quare finis iuris est concordia & salus horum, & ita ut

a ut situlis ad lasciui legibus casti fiant<sup>a</sup>, simplices defendantur, & iuventur<sup>b</sup>:  
leg. Int. de adul.  
l. r. de lenonib.  
de seruo corrup.  
c. c.

b de minor. 25. callidi, & dolosi, plectantur<sup>c</sup>: iracundi, & per iram delinquentes  
an. ad Velleian.  
ad Macedo. c. c.

c titu. de dolo, dantur<sup>d</sup>: timidi, pusillanimes, protegantur<sup>e</sup>: segnes, excitentur<sup>f</sup>: componantur discordiæ ciuiles, quæ Respublicas subuertunt, & trucidant. Sic vnica ratio, vnicum bonum commune, tam contrarias & impias voluntates ad societatem perducit.

d 1060 lib. 48  
P. c. 47. c. 9.  
c. c.

e tit. de eo quod mol. caus. in P.  
c. c.

f tit. de usucapionibus, c. seq.

c. vigilanti, de prescript. c. c.

g l. r. de infest. c. iur.

11 Fungiturq; & legislator officio medici, & premio & pœna<sup>g</sup>, voluit pharmacis corpus Reipubl. conferuat: & membris

singu

singulis propria remedia postea exhibens, non secus quàm medicus, curaturus membrum aliquod primùm purgat pharmaco generali totum corpus, tum demùm ad morbosam partem se conuertit. Sic enim legislator generales leges toto corpori Reipublicæ proponit, deinceps per iudicia singulis medetur.

a §. fin. de in  
proemio instit.  
iur. civil.

12. Variæ sunt in Republica functiones, vt membrorum in corpore: alij pro pedibus sunt, pro manibus, capite, & aliis partibus: agricolæ, artifices, milites, magistratus, sacrificiis & sacris vacantes, reges, & hi omnes concordēs, perfectissimam & beatam reddunt Rempublicam, & concentum societati humanæ suauissimum. Quemadmodum in cithara, fides, et si diuersi soni sint: si tamen simul conueniant, certis

C

3

legi

legibus, suauissimam edunt harmoniam, ex acutis & grauibus sonis temperatam. Sicuti & in microcosmo, & in magno mundo, elementa quatuor, quæ pugnantes inter se opposita habent qualitates, legibus quibusdam illis accommodis vineta & constrieta, mirabilia edunt opera & istâ pulchritudinē seculi, tot variisq; exornatam rebus perficiunt, & continent.

---

## De maiori, & minori, & æquali in iure considerando. Cap. 25.

1. *Æquum & æquale quomodo sit eadem.*
2. *Æqualitatis notum species sunt, resq; infinitæ.*
3. *Deus & natura, diuersos gradus*

duo rebus præstiterunt.

- 4 Felicitatis gradus varii.
- 5 Maius & minus perpendere oportet secundum dignitatem.
- 6 Equitas est duplex, scilicet naturalis & civilis.
- 7 Equitatis gradus tres, equum, equius, & equissimum.
- 8 Malefactum dicitur, quando.
- 9 Equalitatis extrema, maius & minus, & quomodo.
- 10 Quod excedit ab equo & bono, iniquum est: ut & quod deficit.
- 11 Secundum quantitatem & qualitatem rerum distinguenda negotia.
- 12 Sola quantitatis equalitas in populo graues concitat tumultus.
- 13 Equalis possessionis terre facta diuisio, ambitionem funditus auferit.
- 14 Argumentum à maiori ad minus, quomodo recipiatur.



- 15 *Qua observanda sunt in argu-  
mentatione à minori ad maius.*
- 16 *De conclusionibus, ex quibus  
elucitur formula argumentan-  
di à maiori ad minus.*
- 17 *Genus pro specie apud iuris-  
consultos abusive.*



EQUUM & æquale  
idem est, ac in eodem  
simile, inter ea, de qui-  
bus æquum dicitur: ut

omnidei & aqua lance, idem est, ac

a *l. cum qua-* in similes partes<sup>a</sup>. Et æquis pas-  
sio, l. 31. §. si de  
legat. lib. 6. C.  
tit. 37.

b *l. si §. fin an-*  
*tem de donatio.*  
*ante usq.*

c *Dion Cassius,*  
*lib. 32. histor.*

2 Dion Cassius<sup>c</sup> dicebat, æ-  
qualitatis nomen esse speciosum,  
& rem iustissimam. Qui enim ex  
eodem naturam acceperunt, ex  
eade gente sunt nati, iisdem mo-  
ribus educati, iisdem legibus in-  
stituti, eundem corpus animo-  
rumq; usum patris exhibent: qui  
non

non scit eos, ceterorum quoque omnium communitatem habere? qui non optimum scit, neminem alteri, nisi virtutis causa præferri? Proinde in arte iuris constituenda, ad eam æqualitatem properandum est, quæ est inter excessum & defectum, nocentem seu lædentem: quod & iustum est <sup>a</sup> Aristot. lib. de virtutib. non secundum proportionem arithmeticam, ut vel omnes in omnibus pares sint, (nō enim hoc modo posset Respublica viuere) sed secundum geometricam, pro cuiusque merito & qualitate <sup>b</sup> Plato, 1. de Republ. Quomodo enim fieri posset, ut pes officio capitis, & manus vterique, fungatur commodè?

3 Deus & natura diuersos gradus rebus constituerunt. Ut enim stella ab stella differt, situ ordinis, claritate, qualitate: sic & homines inter se <sup>c</sup> Daniel. c. 12. Constituit, 1. ad Corin. c. 15.

C

Deus,

Deus, vt inquit Gregorius Nis-

a *Gregor. Nis-*  
*seus, 2. de anima.*

seus<sup>a</sup>, secundum animalium spec-  
cies, diuersas animarum differen-  
tias, ac cuique corpori conuenien-  
tem applicuit. Acque teste D. Pau-

b *1. ad Corint.*  
*12. ad Ephes. 4.*

lo<sup>b</sup>, dona vnicuique pro suo arbi-  
trio distribuit diuersa, quia diuer-  
sis diuersæ sunt ab eo delegatæ  
functiones, alia aliis digniores.  
Non secus quàm in domo patris-  
familias, diuersa vasa, alia argen-  
tea, alia aurea, alia fictilia, alia ad

c *2. ad Timot. 2.*

honorem, alia ad contumeliam<sup>c</sup>.  
Et aliquibus magnus ille princeps  
omnium Deus, quinque talenta,  
aliis decem, aliis duo, aliis vnum  
dedit, vt in illis negotiarentur<sup>d</sup>.

d *Matth. 6. 25.*

4 Et in regno, quo nullum  
aliud præstantius, in societate bea-  
torum, mansiones diuersæ sunt,  
& felicitatis gradus plures<sup>e</sup>: in  
his omnibus tamen æqualitas,  
quia iusta quisque pro dignitate

e *in euangel.*  
*D. Ioan. 4. 19.*

accipit,

accipit. Vnde & in hac societate humana componenda, æqualitas illa secundum rationem institui debuit, vt ars naturam imitetur, & inferiora superioribus respondeant, & hoc esse iustitiam distributiuam diximus <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> in principio  
vniuers. inris  
suprà cap. 22.

5 Ad hunc modum, maius & minus perpendere oportet secundum dignitatem: quanquam in aliquibus, & secundum numerum, & quantitatem commutatiuam iustitiam habere locum non diffiteamur, vt in permutatione <sup>b</sup>. In iure itaque, & maius & minus considerabimus, & æquale. Sic æquitas <sup>c</sup> in omnibus.

<sup>b</sup> l. 1. de rerum  
permuta. in P.

6 Porro æquitas, naturalis alia, alia ciuilis: ciuilis est, quando à iure positiuo præscripta est actio: naturalis, quando sine ciuili agitur natura suadente <sup>d</sup>, puta auctoritate prætoris, vel alterius,

<sup>c</sup> de æquitate,  
quadam dixi-  
mus suprà cap. 1.  
quid. ius.

<sup>d</sup> Vlp. in l. 1. ff.  
1. si quis te-  
stamen. liber. esse  
iuss. ff. de lib. 47.  
P. tit. 4.

qui

a in l. si. de pu- qui explicandi eam habet pote-  
 blician. in rem statem. Neratius iuriconsultus  
 a. lio. lib. 6. P. suam firmat sententiam, primum  
 tit. 2. ab æquitate<sup>a</sup>. Iubet Clemens s-  
 b in Clement. Sum. Pontif. b iudicibus, ut inter-  
 fin. §. & quia rogent litigantes, vel ipsis requi-  
 p. siones v. r. f. rentibus, vel ex officio, ubicūque  
 interrogabit, de æquitas suadebit: quod ab Vlpia-  
 c Verber. signifi. no mutuatum est<sup>c</sup>. Et semper æ-  
 e Vip. in l. vti- quitatē iudex debet habere, an-  
 canque, l. 22. de te oculos<sup>d</sup>.  
 interrogato. a. l. d l. quod si E-  
 lib. 11. P. tit. 1. phefi, §. in sum-  
 ma, de eo quod  
 e. l. loco.  
 e l. bona fides, 7 Inueniet autem is, gradus  
 deposit. P. in æquitate, æquum<sup>e</sup>, æquius<sup>f</sup>,  
 f Vipia. in l. 2. & æquissimum<sup>g</sup>: quibus concur-  
 § sed et si, de ven rentibus, quod magis æquum est,  
 tre in p. ff. s. mit. sequendum est<sup>h</sup>, nempe, quia id  
 lib. 37. P. tit. 7. quod magis æquum est, simplici-  
 g l. æquissimū, ter quod tractatur, æquum facit:  
 de vsu f. nc. In P. & ne si quod minus æquum est,  
 l. 1. quorum leg. sequeremur, esset respectu maio-  
 lib. 43. P. tit. 1. l. ris iniquum. Non tamen inficias  
 2. ad leg. Rhod. eo, benè factum, etsi melius fieri  
 de iac. lib. 13. possit.  
 P. tit. 2.  
 h d. l. 1. §. sed  
 c. si, de ventre in  
 fic. & l. 2. ad

Malè

8 Malè factū ideo dici, quā- <sup>legem Rhod. de</sup>  
do arbitrarium est melius facere: <sup>in illu. l. bona fi-</sup>  
attamen dico contendendum est, <sup>des, depositi. in</sup>  
se ad meliora, & præstantiora,  
vel ad perfectiora, peruenire. Sed  
de æqualitate non addam plura,  
cū de ea fusè pertractarim, in  
commentariis ad metaphysica  
nostrarū Syntaxeon, dum de bo-  
nitatis agimus synonymis.

9 Præposui autem æqualita-  
tem, vt inde extrema intelliga-  
mus esse maius & minus, vel se-  
cundum quantitatem, vel secun-  
dum qualitatem & dignitatem  
rerum, vel habito respectu æqui  
boni.

10 Quod excedit ab æquo  
bono, iniquum est, vt & quod  
deficit: peccant enim qui non sen-  
tiunt, quod est satis, vt Appelles  
in pictoribus reprehendebat. In  
omnibusq; rebus videndum est,  
quate

quatenus: etsi enim suus vn̄cui-  
que modus est, tamen magis of-  
fendit n̄m̄ium, quàm parum<sup>a</sup>. Et

<sup>a</sup> Cicero, de ora-  
tore ad Brutum.

<sup>b</sup> Cicero, 3. de inter veterum sapientium præce-  
ptis in fine.

<sup>c</sup> Aufonius in  
senten. 7. sapien. Aufonius<sup>c</sup>,

*Ex Mylencis, Nimmium nit,  
Pittacus oris.*

*Mensuram optimum ait Cleo-  
bulus Lindus, in re.*

Sotades quoque,

ὁ μέσος δὲ βίος κεκαμμένος, δὴ  
καὶ ἐστίν. id est,

*Media vita & tēperata, iusta est.*

Et Phocylides,

σάβηλον μέτρον ἀείρον, ὑπερβα-  
σίν δ' ἀλεινὴν. id est,

*Modus omnium optimus, exces-  
sus autem vitandus est.*

¶ Secundum quantitatem

<sup>d</sup> Papin. in l. de qualitate porro rerū, maius  
maiores leg. 9.  
de pact. lib. 2.  
P. tit. 14.

de minus recte, & æquale quo-  
que<sup>d</sup>, iuris poritus distinguet ne-  
gotia,

gotia, quasi per relationes: nam  
 aliter certa non potest dari regu-  
 la, quæ dicantur maiora, minora-  
 ve, siue de dignitate, siue de nu-  
 mero agamus<sup>a</sup>. Inde plura se-  
 quuntur in iure axiomata, quæ  
 longum esset referre: veluti quod  
 maior pars minori præiudicet.  
 Secundū tamen modum, vel quā-  
 titatis, si quantitate seu nume-  
 ro agatur<sup>b</sup>; vel qualitatis, si pon-  
 deranda sententia vel qualitas,  
 dignitasve. Nam tunc inspicitur  
 maior dignitas, quàm maior nu-  
 merus<sup>c</sup>. Et inter dignitates, ma-  
 ior præfertur<sup>d</sup>, relationis sem-  
 per obseruata proportionē, &  
 cæteris paribus. Plures enim ita  
 licet constituere maioritates, mi-  
 noritates & æqualitates<sup>e</sup>, vt or-  
 dinis<sup>f</sup>, ætatis<sup>g</sup>, prærogatiuæ, con-

*vide glos. in  
c. sedes, c. 15. in  
verbo maiores,  
de rescriptis.*

*b vt in l. quod  
maior pars, ad  
municip. vide l.  
rescriptis. de pact.  
in P. l. nulli,  
quod cuius. vni.  
nom. Felinus, in*

*c. cum omnes, in  
s. col. vbi restrin-  
git & examinatur  
de constitutis.*

*c vt in c. pa-  
storalis, de res-  
criptis. cap. qua-  
niam, de iure pa-  
tron. can. episco-  
pi, c. 9. q. 4. c. 1. de  
re indi. d. l. ma-  
ior. de pact.*

*d vt in l. 1. de  
senator. lib. 1. P.  
tit. 9.*

*e vide Panor.  
in c. statimus,  
de maior. & co-  
bedi. & in rub.  
Felin. & idem*

*Felinus, in c. super eo. in 2. de testib. & can. legum, 93. dist. c. sta-  
tuimus, de maior. & obed. g. l. super, de iur. in iur. d. 3. eo. tit.*

secreat



*a can. olim, can. episcopus, in ec-  
clesia, 95. dist.* sacrationis <sup>a</sup>, administrationis <sup>b</sup>,  
*b ut in cano. perfectis, 29. dist.* antiquioris receptionis <sup>c</sup>: ratione  
*c can. ordina-  
tiones, 75. distin.  
s. 1. de maior. &  
obed. c. dudum,  
de elect.* religionis, ut qui voluerit esse mi-  
*d cano. multi,  
40. distin. Et.* nor propter Deū, sit maior apud  
*e c. dudum, de  
elect. c. et si Chri-  
stus, §. quod an-  
tem, de iur. iur. a.* eundem <sup>d</sup>. Sic gradus constitues  
*f l. qui cumque,  
§. parentes, de in-  
iur. vocan. l. vni.  
de impon. lucra.  
descri. lib. 10. C.* superiorum & inferiorum, subdi-  
 torum & imperantium <sup>e</sup>, paren-  
 tum & descendentium <sup>f</sup>, & si-  
 milium.

12 Legimus autem, æquali-  
 tatem quantitatis solam, non ha-  
 bita ratione dignitatis, considera-  
 tam, in populo graues concitasse  
 tumultus, ut in legibus Agrariis,  
 de agris æquè diuidendis.

13 Et apud Lacedæmones,  
 æqualis possessionis terræ facta  
 diuisio, ambitionem, quæ circa  
 plus & minus versatur, funditus  
 substulit <sup>g</sup>: verum remansit prin-  
 cipatus, & geometrica ratione di-  
 gnitatis distributio.

14 Colligunt argumēta, seu  
 proba

probationes iurisconsulti à maiori ad minus. Quod ne decipiat in posterum, annota illud recipi negatiuè: vt cui non licet, quod maius est, nec quod minus est, licere debet<sup>a</sup>. Et affirmatiuè, cui licet<sup>a</sup> *l. non debes, de regul. iur.* quod maius est, in eodem genere quod min<sup>9</sup> est, licere debet. Quia in eo quod plus est & quod minus<sup>b</sup> *l. in eo, de regul. iur. in P. can. si Paulus, 32. quest. 5.* est, continetur<sup>b</sup>. Sed hoc obser-  
ua verum, quando inter plus & minus est eadem ratio, eadem substantia, & causa, non autem si variet: veluti permittitur venditori vini, si habeat emptorè morosum, qui contemnat dolia vino vacuare, vinum effundere venditum, vt dolia habeat vacua, estq; causa illa licitæ effusionis: at pro parte non licet effundere, quia cessat tunc causa licita, nam pro parte effundendo, suis vsibus non<sup>c</sup> *l. 1. §. licet, de periculo. & com. mod. rei vendic. in P.* possunt dolia inseruire<sup>c</sup>, ita di-

D                      stat

stat quod minus est, ab eo quod maius est, causa: neque cōsequenter, cui licet maius, id est cui licet totum effundere, partem effundere licebit, quod minus est. Dehinc secundo obseruandū in hoc argumento, vt totum & plus sint diuidua: nam si indiuidua sint, cui licet quod plus vel maius, non licet quod minus, quia sectio repugnat. Vt procurator, qui in totum reuocari potest, non potest pro parte reuocari <sup>a</sup>. Et qui potest ex integro testatus decedere, iure communi pro parte non potest testatus, & pro alia intestatus decedere <sup>b</sup>. Sic adscriptitij, qui solo adherent, cum eo transferri & vendi possunt: at separatim, non possunt <sup>c</sup>. In mutata quoque substantia & ratione, vix ab eo quod maius videtur, ad id quod minus, recepta argumentatio: vt si quis dicat,

<sup>a</sup> l. in causa,  
de procurator.

<sup>b</sup> l. in nostrū,  
de regul. iur.

<sup>c</sup> l. quemadmodum,  
de agrico.  
& censu, lib.  
17. C.

dicat, plus est donare quàm vendere, quia vendens prætium habet, non qui donat: tamen non is qui potest donare, potest vendere<sup>a</sup>. Sed illa separata sunt substantia, & plus & minus secundum aliquid tantum.

<sup>a</sup> l. fi. de praedictis decario lib. 10. C.

15 A minori contrà, ad maius etiam recepta est argumentatio, negativè: dummodo paritas adsit rationis, & substantiæ, & causæ utriusque. Vt, qui indignus est minori, multò magis & maiori gradu<sup>b</sup>. Cui non licet temporaliter habere mulierem, nec licebit habere in perpetuum<sup>c</sup>, e<sup>c</sup> anthem. multò retenta proportionè quæ respicit mulierem & tēpus, & personas: non autem considerato ritu nuptiarum inter personas idoneas. Sic in personis affirmativè, retenta tamen identitate causæ & rationis: vt si populus qui minor est

<sup>b</sup> l. fin. de senat. in P.

<sup>c</sup> e<sup>c</sup> anthem. multò magis, de episcop. & cleri.

D 2 princi

principe possit donare libertatē,  
 a *l. Barbarius, de offic. prator. in P.* multò magis princeps <sup>a</sup>, qui ma-  
 ior: vel melius à simili, quia in po-  
 b *§. sed & quod principi, de iur. natur. cum simil. ibi not.* testatis eius locum successit <sup>b</sup>.  
 Aliud, si in minoribus ordinibus,  
 c *c. cum in can. dñ, de electio.* requiritur ætatis grauitas, morū  
 maturitas, literarū scientia: mul-  
 tò magis, in maioribus <sup>c</sup>. Si in lai-  
 cis qui præsunt, requiratur scien-  
 tia: multò magis in clericis præsi-  
 dentibus <sup>d</sup>, qui maiores & di-  
 gniores. Si non repetit mater,  
 quæ affectione domestica impen-  
 dit: multò magis nō repetet, quæ  
 in filium impedit affectione ma-  
 terna <sup>e</sup>. Retenta scilicet, eadem  
 ratione simplici affectionis: nam  
 si cum ea sit intentio repetendi in  
 filium impensi, cessat argumen-  
 tum, quia mutantur proportionēs  
 maioris & minoris <sup>f</sup>.  
 f *vs l. Nexen-  
 nis, de negot.  
 gest. in P.* 16. Alia argumentandi for-  
 mula à maiori, vt qui maius ab-  
 solutè

solutè dicit, & minus, si in eo con-  
 tineatur, dixisse videatur: vnde  
 istæ conclusiones eliciuntur. Pri-  
 ma, Generaliter dictum, genera-  
 liter est intelligendum<sup>a</sup>: ratio ta-  
 men adiecta, genus restringit<sup>b</sup>.  
 Secunda, Qui dicit totum, genus  
 & speciem cõplectitur: speciem  
 enim alioquin eximi debere à ge-  
 nere placet<sup>c</sup>. Et in toto pars in-  
 est<sup>d</sup>. Et qui totum dicit, nihil ex-  
 cludit<sup>e</sup>. Et si totum permittatur,  
 & pars<sup>f</sup>. Et in maiori & inest mi-  
 nus<sup>g</sup>. Et quod de toto negatur,  
 & de parte<sup>h</sup>. Tertia, Quicquid  
 in specie est, in genere contine-  
 tur, non contrà: nec omne quod  
 in genere est, aliqua eius specie  
 continetur<sup>i</sup>. Receptum itaque  
 argumentum ab specie ad genus

<sup>a</sup> l. 1. de legat.  
<sup>b</sup> præst. l. 1. §. cum  
 urbem, de offic.  
<sup>c</sup> præf. urb. l. si  
 seruitus, de serui.  
<sup>d</sup> urb. prædiorũ  
<sup>e</sup> l. 1. §. penult. qua  
 in fraud. credit.  
<sup>f</sup> in P.  
<sup>g</sup> l. si sermo cor-  
 rupto, C. de furt.  
<sup>h</sup> l. si peculium,  
 de manum. testa.  
<sup>i</sup> l. quæ de to-  
 ta, de rei vendi-  
 in P. l. in toto,  
 & pars, de reg.  
 iur. in P.  
<sup>j</sup> l. Iulianus, de  
 lega. 3. l. Balista,  
 ad Trebel. can. si  
 Romanorum, §.  
 dicendo, 19. dist.  
<sup>k</sup> l. in re gen-  
 tium, §. adeo, de  
 pact. in P.  
<sup>l</sup> l. diem pro-  
 ferre, §. si plures,  
 de recep. arbit. l.  
 inter pares, de re  
 iudic. in P. l. 3. §. si quis plusquam, de adimendis legat. can. per-  
 nale, 14. q. 5. h l. dotale, §. prædij, de fundo dota. i Vlpia. in  
 l. si quid eorum, l. 45. §. 1. de legat. 2.

D 3

affir

affirmatiuè: vt quod in specie sit,  
de genere dicatur<sup>a</sup>, non contrà.

<sup>a</sup> l. 2. §. doli, vi  
bonorum raptor.  
in P.

Quarta, Species per proprias differ-  
ferentias ab inuicem discernun-  
tur: ideo & Vlpianus, stultum ait  
speciei differentias confundere,  
& eas promiscuè vsurpare: veluti  
putare argenti appellatione, au-  
rum contineri, vel quod stultius,

<sup>b</sup> l. si quis in  
fundi vocabulo,  
l. 4. de legat. 1.

vestem<sup>b</sup>. Quinta, In toto iure,  
per speciem generi derogatur<sup>c</sup>:

<sup>c</sup> l. in toto iure,  
de reg. iur. cap.  
generi, eod. tit.  
in sexto.

unde & illud potius sequimur,  
quod in specie, quam quod gene-  
raliter decretū est<sup>d</sup>. Veluti, testa-

<sup>d</sup> l. sanctio le-  
gum, de penis,  
in P.

mentā generaliter exigūt septem  
testes<sup>e</sup>: at in specie testamenti

<sup>e</sup> l. hac consul-  
tissim. a. C. de test.

rustici, quinque sufficiunt<sup>f</sup>. Quæ

<sup>f</sup> l. si. C. eo tit.  
de testamēt.

intelligēda sunt de genere & spe-

<sup>g</sup> Cicero, 1. de  
inuentione.

cie in propria significatione, vt  
genus sit, quod plures partes com-  
plectitur<sup>g</sup>, quod prædicatur vel

dicitur de pluribus differentibus  
specie: & species, quæ de pluri-

bus

bus indiuiduis dicitur, siue quæ illis communis est. Sic enim etiam norunt distinguere iuriconsulti<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l. 3. §. fin. de  
acquir. p. res.

17. Quinquam interdum a-

busiue & frequentius vsurpent genus pro specie: vt dum dicunt

genus, id est, speciem actionis<sup>b</sup>. <sup>b</sup> l. non villa-  
tur, de indic.

& reddi mutuū in eodē genere<sup>c</sup>. <sup>c</sup> l. 3. de reb.

Sic & eadem improprietate, di-  
cred. in P.

cunt indiuidua species<sup>d</sup>. Verūm <sup>d</sup> ut in l. in  
stipulationibus,

qui versatus est modicē in diale-  
de verb. oblig.

cticis, statim discernet verum ge-  
nus, speciem, indiuiduum, ab iis  
quæ improprie efferuntur: vt sit  
genus, habēs sub se species, quod  
potest & esse species, si ad aliud  
referri possit, genus nempe sub-  
ordinatum. Species id sit, quod  
habet indiuidua: indiuiduū, quod  
singulare est, nec in alia sine cor-  
ruptione diuidi potest. Docent  
etiam hæc nostri interpretes le-

D 4 gum,



a Bart. Alex. gum, Bartolus, Alexander, Alciat.  
 Alciat. in l. 2. §. ex his, & l. §i- tus<sup>a</sup>: & nos clarius alibi<sup>b</sup>.

pulationes non  
 diuiduntur, de

verbor. oblig.

b lib. 2. Synta-

xon artis mi-

rab. c. 10. 11. 12.

13. & 15. & lib.

17. cap. 1.

## De bono iuris.

### Cap. 26.

1. *Aequum bonum minus dicit,  
quàm æquum & bonum: &  
quare.*
2. *Quid bonum apud iuriconsul-  
tos, & contra.*
3. *Verum bonum iuris, commune  
est, & naturale.*
4. *Opes pulchriores & honestiores  
eius, qui in alios imperium  
habet, sunt, virtus, iustitia, &  
animi magnitudo.*

c l. 1. de iustit.  
 & iur. in P.



Vs, vt annotauimus  
 iam, est ars boni &  
 æqui<sup>c</sup>, & vt alij vo-  
 lunt, boni æqui, ex-  
 puncta

puncta coniunctione, & vtrunque rectè.

1 Sed bonum æquum minus dicit, quàm æquum & bonum: quia æquum bonum, species tantum est, sed bonum & æquum, & genus quoque complectitur, & bonum latius, quàm æquum, neque omne bonum, æquum <sup>a</sup>. Bona <sup>a</sup> *l. hac lege, l. 8. de pact. conuen-*  
num quid sit, & de eius membris, <sup>is, c.</sup>  
abundè disputauimus proprio libro commentariorum in metaphysica principiorum nostræ artis Syntaxeon artis mirabilis: ideo nunc breuiter, quæ explere methodum possint, hoc capite percurremus.

2 Bona dici negat iuriconsultus <sup>b</sup>, quæ plus habent incommodi, quàm commodi: sic Paulus <sup>c</sup>, non semper ea quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum re- <sup>b</sup> *l. propriè bona, de verb. sign.*  
<sup>c</sup> *Paul. l. quod si minor, §. non semper, de mino. xxv. annis, lib. 4 sit. 4.*

D s digen

digenda: ne magno incommodo huius ætatis homines afficerentur, & quodammodo eis commercium interdiceretur. Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sint, prætor interponere se non debet: quibus verbis, & quod utile pupillis est, & quod iustum est, animaduertendum esse docetur. Æquum autem est cui-

<sup>a</sup> Celsus, l. si & me & Titium, l. 32. de reb. cred. lib. 12. P. tit. 1.

que reddi suum<sup>a</sup>, & conservari.

<sup>b</sup> Cicero, 4. de finib.

3 Verum bonum iuris, Reipublicæ salus & conservatio est, commune & naturale. Cum omne animal, id sibi commedatum habeat, ut se saluum in suo genere, incolumenq; esse velit<sup>b</sup>. Nam

<sup>c</sup> Cicero, 2. de finib.

omne animal simul ut ortum est, & seipsum & omnes partes suas diligit<sup>c</sup>. Legesq; totam Rompu-

<sup>d</sup> l. leges ut generales, C. de legib.

blicam in uniuersum respiciunt, quia generales<sup>d</sup>. Vnde & singu-

lis

lis bona propè innumerabilia,  
 tum animi, tum corporis, tum for-  
 tunæ: homines probi, virtute præ-  
 stantes, pudici, amici, quieti, cor-  
 pora inuiolata, facultates & diui-  
 tiæ copiosæ: semotis beillis, furtis,  
 aliisq; impiorum artibus. Et Da-  
 uid dicebat <sup>a</sup>, iunior fui, etenim  
 senui, non vidi iustum derelictum,  
 nec semen eius quærens panem.

<sup>a</sup> Psal. 36. Pro-  
 verb. 13.

Et rursum <sup>b</sup>, iustus, vt palma, flo-  
 rebit, & sicut cedrus Libani mul-  
 tiplicabitur in domo domini. Et  
 Salomon, Non affliget dominus

<sup>b</sup> Psal. 91.

animam iusti <sup>c</sup>, & benedictio do-  
 mini super caput iusti, in bonis  
 iustorum exaltabitur ciuitas, & in

<sup>c</sup> Proverbio. 10.  
 vide cano. non  
 omnis, versicu.  
 exercet, 5. q. 5.

perditione impiorum, erit lauda-  
 tio <sup>d</sup>. Radix iustorum proficiet,  
 & effugiet iustus de angustia <sup>e</sup>.

<sup>d</sup> Proverb. c. 31.

Domus impiorum delebitur, ta-  
 bernacula iustorum germinabunt <sup>f</sup>.

<sup>e</sup> Proverb. 12.

<sup>f</sup> Proverb. c. 14.

Fugit impius, nemine persequen-  
 te:

- te: iustus autem, quasi leo confidens, absque terrore erit <sup>a</sup>. In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatum, gemit populus <sup>b</sup>. Quia viri sanguinum, oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius <sup>c</sup>. Et iustorum animæ, in manu Dei sunt, & non tanger eos tormentum mortis, &c. <sup>d</sup> In perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum, &c. <sup>e</sup> Et per Iesaiam <sup>f</sup> Dominus, dicite iusto, quoniam benè, quoniam fructum adinventionum suarum, comedet.

<sup>g</sup> Xenoph. lib.  
7. de Cyri minoris expeditione.

4 Dicebat Xenophon <sup>g</sup>, nihil homini cuius, ac præcipuè ei, qui in alios imperium habeat, vllas opes pulchriores, honestiores, quàm virtus sit, iustitia, animi magnitudo: quæ qui possideat, cum ei tam multi amici sint, ac  
tam

tam multi esse cupiant, non posse  
non diuitiis plurimum abundare:  
neque omnino eum, in secundis  
qui gratulentur, in aduersis, qui  
opem ferant, requirere.

---

## De dignitate & authoritate seu amplitudine iuris. Cap. 27.

- 1 *Reipublice administratio difficilis, & sollicitudinibus plena.*
- 2 *Imperatoria duæ artes quæ sint.*
- 3 *Respublica duobus seruetur, fortitudine & concordia.*
- 4 *Quare iurisconsulti dicti sacerdotes, necnon & leges quare sacratissima: & inibi quid sit religio secundum Ciceronem, Plutarchum, & Lactantium.*
- 5 *Respublica, & principes solliciti esse debent in deligendis iuris profè*

*professoribus, seu antistitibus.*

6 *Vix & egrè, aut nunquam quis exiit semel de aliqua re conceptam opinionem.*

7 *Quibus excellere oportet doctores & magistros studiorum.*

8 *Theodosius silere iussit vulgares magistros non probatos.*

9 *Quare Ecclesiastica dignitas Cancellarij habet prabendam ex capitulo, & inibi plura de officio Cancellarij.*

10 *Constantinus Imperator professores literarum publicos, & doctores legum una cum uxoribus & filiis, cumq; rebus eorum in ciuitate possessis, ab omni functione & oneribus iussit esse immunes.*



**M**AGNAM utilitatem Reipublicæ accedere ex iuris stabilimento, ex superioribus obseruare

seruare libuit: vnde quāta sit eius dignitas & amplitudo, & eorum quoque qui iura decernunt, facile colligi possit.

1 Difficilis quidem est, & sollicitudinibus plena Reipublicæ administratio, verū laus diuina, & ideo ob eam strenuè administranda<sup>2</sup>.

<sup>a</sup> Demosthenes,  
in fine oratio. de  
Rhodiorum li-  
bertate.

*Ita<sup>b</sup> sunt omnes isti nostri ciues: Si quid benefacias, leuior pluma, gratia est:*

<sup>b</sup> Plautus in  
Pænulo.

*Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.*

Nihilominus & cum periculo etiam suo suæ Reipublicæ quemq; consulere oportet, vt de se dixit Demosthenes<sup>c</sup>. Et Iustinianus se ob id insomnes noctes traiecisse restatur<sup>d</sup>.

<sup>c</sup> Demosthenes,  
Olynth. 1.  
<sup>d</sup> §. 1. vt indic.  
sive quoquo sus-  
frag. §. 1. vt di-  
uina insio. sub-  
scriptio. habeās,  
Ec. collat. 8.  
<sup>e</sup> l. 1. in proce-  
mio P.

2 Imperatoriæ duæ artes tantum sunt, iuris & militiæ: illa tempore pacis, hac belli, vtitur<sup>e</sup>.

Et



3 Et duobus Respublica quævis seruat, fortitudine aduersus hostes, & mutua inter ciues cōcordia<sup>a</sup>. In his dignitatis summa & honoris.

4 Considerat diuina & humana, eaq; pertractant iurisperiti: inde sacerdotes dicti<sup>b</sup>, & leges sacratissimæ<sup>c</sup>, sanctissimaq; iuris ciuilis scientia, quæ pretio nummario non venit æstimanda<sup>d</sup>. Et imperator legibus dicitur fieri iuris religiosissimus<sup>e</sup>. Religio ad Deum potissimum refertur, nempe quod ex sententia Ciceronis<sup>f</sup>, religio est quæ superioris cuiusdam naturæ, quæ diuina vocatur, curam ceremoniamq; adfert: nascitur namque à diuinorum diligenti obseruatione. Et à relegendo, dicta religio<sup>g</sup>: Vt & Plutarchus<sup>h</sup> religionem dixit, rerum diuinarum sciētiam. Quamquam

<sup>a</sup> Polyb. lib. 6.  
<sup>b</sup> l. 1. de instit. & iur. P.

<sup>c</sup> l. leges sacratissimæ, C. de legibus.

<sup>d</sup> l. 1. §. proinde, de var. & extra. cognitio. in P.

<sup>e</sup> §. 1. in procæmio instit. iuris l. vnum ex familiis, §. si. de leg. 2. in P.

<sup>f</sup> Cicero, 2. de inuentio.

<sup>g</sup> Cicero, 1. de nat. deorum.

<sup>h</sup> Plutarch. in vitam Pauli Aemilij.

quam & à religãdo. Quòd ea nos  
 Deo obstringat, vt ei pareamus,  
 dictam religionem quoque dixe-  
 rit Lactantius <sup>a</sup>. Iustitia sancta, & <sup>a</sup> *Lactantius,*  
 Themis à paganis habita Dea, <sup>b</sup> *4. diuina. instit.*  
 quæ id quod fas est, promere di- <sup>b</sup> *1. 1. ad legem*  
 cebatur & consulere. Et munus <sup>c</sup> *Iulia. de ambit.*  
 hoc nomothetarum, regale est, <sup>c</sup> *in P.*  
 & magistratus à rege potestatem <sup>c</sup> *Reg. 1. c. 2. 2.*  
 habent <sup>b</sup>, rex à Deo <sup>c</sup>, & omnes <sup>c</sup> *Parali. c. 19. Co-*  
 quoque qui regunt populos <sup>d</sup>. Et <sup>c</sup> *vide quæ dixi-*  
 proinde nec maius munus, m- <sup>c</sup> *mus lib. 2. præ-*  
 iorve dignitas esse posset ea, quæ <sup>c</sup> *ludiorum optimi*  
 Dei ministerium exercet, quæ ve <sup>c</sup> *inriscon. in c. 36.*  
 saluti Reipublicæ cõsulit. Nihilq;  
 præstantius iis, qui sincero studio  
 & perpetuo, hæc iuris vtriusque  
 diuini & humani mysteria pertra-  
 ctant: à quibus, velut ex æquo  
 prodeuntes Troiano, heroës, ma-  
 gistratus, imò & principes, quæ  
 illis pro parte commissæ sunt, re-  
 ctè & benè dispensant. Sic enim  
 E &

& monarchæ erudiri debent, vt iudicent, quemadmodum & alij magistratus, qui in partem sollicitudinis vocati sunt. Et nunc reges, inquit Dauid, intelligite, erudimini qui iudicatis terram<sup>a</sup>, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.

5 Quamobrem Respublicæ, & principes, valdè solliciti esse debent in deligendis iuris antistitibus seu professoribus, à quibus iuuentus & seminarium Reipublicæ, & mentem & consciëntiam haurire & discere possunt: qualia enim in academiis à præceptoribus & docentibus, acceperunt, talia sciant, & sequantur, & exercent necesse est. Vt miseram arbitrer Rempublicam, regnum, imò orbem vniuersum, quando isti qui præponuntur iuri tractando,

do, impij sunt, indocti, inexper-  
tes iuuenes, neophyti. Discunt  
enim auditores, ab his elementa  
iustitiæ, & quasi præiudicia, ad  
omnes apud eos decernendas in  
posterum controuersias.

6 Et vix, aut ægrè, aut nun-  
quam, deponimus semel de ali-  
qua re conceptam opinionem.  
Sic accidit Philosophiam apud  
priscos coinquinari, variis sectis  
& controuersis, vtpotè discipu-  
lis facilè præceptoribus, quos de-  
legissent, applaudētibus, & mor-  
dicus sententiam defendentibus.  
Dum fontes putidi sunt, à quibus  
hauritur, vel flumen ducitur: non  
mirum est, si aqua inde orta tales  
sunt. Tulit nunc bellorum cala-  
mitas, vt cathedra docentium di-  
scientibus & imperitis committa-  
tur, vendatur, aut successione pa-  
rentis demortui vel eiuratis pos-  
seda

a c. cum in ma fideatur, solo favore & sine dele-  
 gistrum. c. 49. de  
 elect. ap. Gregor. Etu: vt non mirum sit, si discipuli  
 cano. ordinatos, similes sint magistris, rudes & im-  
 59. dist. can. mi- periti. Quid enim potest docere,  
 serum, 61. distin. qui non didicit? & quomodo in  
 can. si clericatus, magistrum rectè eligi potest, qui  
 16. q. 1. b l. magistros,  
 l. 7. de professor. nunquam bonus fuit discipulus?  
 & medic. lib. 10. 7 Memini me apud Iustinia-  
 C. sit. 52. num legisse, magistros studiorū<sup>b</sup>,  
 c simile in l. 1. doctoresq; excellere oportere<sup>c</sup>,  
 de decre. ab ord. moribus primū, deinde facun-  
 facien. in P. can. dia: Sed quia, inquit, singulis ciui-  
 Valentinianus, tatibus adesse non possum, iubeo  
 63. dist. præsant quisquis docere vult, non repen-  
 boni mores, aliis tē nec temerē profiliat ad hoc  
 rebus. l. 1. repren- munus, sed iudicio ordinis pro-  
 denda, de instit. batus, decretum curialium me-  
 sub condit. fact. reatur, optimorum conspirante  
 C. l. suspectum, de consensu.  
 suspecti. auto. can. nos qui, & seq.  
 40. distin. vide reatur, optimorum conspirante  
 can. deteriores, consensu.  
 6. q. 1.

8 Theodosius vulgares istos  
 d l. unic. de stu magistros non probatos, & qui  
 diis liberali. vr- publicè tamen præsūmūt ostenta-  
 bis Roma, lib. 11. tione vana docere, silere iubet<sup>d</sup>.  
 C. tit. 18.

Ea

Ea enim ratione potissimum collegia iuris peritorum, quæ faciunt academiam, instituta fuerunt, & privilegiis supremis donata, vt per eius ordinis iudicium, deficiente aliquo ex numero, alius idoneus subrogetur<sup>a</sup>, à peritis<sup>a</sup> l. si quis in archiatr. de pro scilicet eius facultatis<sup>b</sup>. Non aufess. & medic. tem ex nutu tantum alicuius cancellarij academix, vt alicubi fit, lib. 10. C. Lucas de Pen na, in d. l. magistros, & l. reddatur, l. si quis, etiam iuris conferendi cathedram, eod. de profess. & probandi authoritatem, cum & medic. & l. vnicuique, de tamē ipse ita ignarus sapē legum proximis sacramentis sit, vt & à bonis etiam moribus strinior lib. 10. C. l. nemini, & literis alienus, omnino appareat, vt neque iudicium electio- de aduoc. diner. indic. C. nis, aut delectum peritorum habere possit: nisi forsan iudicium in nundinatione & licitatione muneris, locum habere possit. Quòd maximè est abuti potestate cancellarij, qui magister dictus olim

E 3 huma

humanarum literarum & earum  
scholarum, antequam academia  
ordinem haberet iuris peritorum,  
& priusquam priuilegiis munita  
esset, & quando ipse erat tantum  
literarum humaniorum archidi-  
dascalus, sub se habens suis sti-  
pendiis conductitios non perpe-  
tuos professores.

9. Fidemq; facit eius rei Ec-  
clesiastica dignitas Cancellarij,  
nam ille habet præbendam ex  
capitulo, vt doceat ipse vel curet  
suis sumptibus doceri literas hu-  
maniores<sup>a</sup>. Cum tamen nunc in  
academiis, vt plerunque qui hanc  
exedram, & fructus occupat, nec  
discat, nec doceat, nec honora-  
ria iuris professoribus, nec aliis  
ex ordine collegij existentibus  
præbeat: imò verò ex lucro, quod  
laboribus professorum, & lectio-  
nibus aduenit, sine labore, vel  
illo

<sup>a</sup> cap. 1. Et c.  
quia, de magi-  
stris.

illo modico, constanter demetat,  
fiatque priuilegiorum particeps.  
Vellem ego certè, qui indignus  
cathedra, ad quam vocatus fui  
Cadurcum, omnium ordinum  
decurionum & peritorium, & a-  
cademię, & illustris viri, pariterq;  
in omni genere disciplinarũ pe-  
riti cancellarij tunc temporis do-  
mini I. Balaguerij, consensu, om-  
nes omnium academiarum can-  
cellarios, peritos in omni disci-  
plina esse, cò quòd se omnes mo-  
derari iactant, & omnibus præ-  
sunt, & saltem aliquam publicè  
perpetuò profiteri, vt partirentur  
nobiscum & onus, & còmodum:  
sed ne auras verberem, non in-  
stabo. Vellem autem, quod sum-  
psi probandum, curarent, vt hanc  
dignitatem saltem academiarum  
defenderent, & vngerent: Quæ  
eò magis auctior & præstantior



futura est, quò peritiores, doctiores, & meliores in ea sedebunt. Nec arbitrentur in posterum peritos onera empturos, sed muneribus & honestis stipendiis esse vocandos, & retinendos. Non enim hoc munus vile est, aut lucri tantum causa institutum, sed multis & præclaris priuilegiis insignitum: quia etiam propè infinitis & propè incredibilibus præmitur laboribus, vigiliis, & animi anxietatibus, si quis velit hoc ritè exequi. Nam requiruntur<sup>a</sup> in professore publico, vt sit, vitæ laudabilis in probis moribus, præstet dicendi peritia, facundia dicendi, interpretandi subtilitate, copia differendi, aliis non distrahatur negotiis, totus operi incumbat, sine solitudine cibi sit, nullo in summa necessario indigeat.

10 Professores literarum publicos

*a l. vnic. de professor, qui in vrbe Constantino. docentes ex lege meruer. corrigenda.*

blicos & doctores legū, vna cum  
 vxoribus & filiis, Constantinus<sup>a</sup>, a l. medicos, l. 4. de profess. & medic. lib. 10. C.  
 cum rebus eorum in ciuitatibus  
 possessis, ab omni functione & l. his honoribus, §. Angariorum, de muner. & honor. in P.  
 omnibus muneribus, fecit immu-  
 nes: vt neque cogi possint in pro-  
 uinciis hospites recipere<sup>b</sup>, nec ad b l. fin. §. fi. de muner. & hono. in P. l. archia- tros de metallis, lib. 10. C.  
 iudicium duci. Mercedes quoque  
 etiam eis, & salaria reddi iubet,  
 quò facilius liberalibus studiis, &  
 memoratis artibus, multos insti-  
 tuant<sup>c</sup>. Vult quoque Valent. eos c d. l. medicos, d. l. vnica, & rubri. de profess. qui in vrbe Con- stantinopoli. de- centes ex lege mernerunt comi- tinam, lib. 12. C. tit. 15.  
 qui rectè per 20. annos docendi  
 labore perfuncti fuerint, vicariæ e de quibus a- cialibus, lib. 1. C. tit. 15.  
 dignitati connumerari, & esse  
 comites<sup>d</sup>. Sunt & alia priuilegia  
 professoribus irrogata constitu-  
 tionibus regiis<sup>e</sup>, & rescriptis spe-  
 cialibus, quæ etiam communia  
 sunt scholasticis. In summa, leges  
 quenquã neque in paupertate vi-  
 uere, neque in anxietate mori si-  
 nunt<sup>f</sup>: circumferuntur & versus f §. fi. de ha- redib. & falcid. in authent. §. Angelus A- retinus, in §. fin. proœmij institut.

E . Dat

*Dat Galienus opes, dat sanctio  
Iustiniana.*

*Ex aliis paleas, ex istis collige  
grana.*

## De duratione iuris.

### Cap. 28.

- 1 *Iustitia, habita ratione subie-  
ctorum quibus accedit, varios  
producit effectus, mutata ma-  
teria quae ei subijcitur.*
- 2 *Iustitia virgo incorrupta, unde  
& eius administri, quales  
sunt lex & magistratus, in-  
corrupti & immutabiles esse  
debent.*
- 3 *Quare non eadem leges sunt  
nunc, quae fuerunt initio re-  
rumpublicarum.*
- 4 *Morbi familiares in regno qui  
sint, & quare.*

*Qua*

- 5 Quatuor sunt, quæ iura firmare possunt efficaciter.
- 6 Boni principis officium.
- 7 Rex quomodo dupliciter seruit.
- 8 Legislatores qui & quales esse debent.
- 9 Relatiua sunt, imperare & obedire.
- 10 Populus docendus, non sequendus est.
- 11 Quæ contra naturam sunt, semper & ubique repudianda. Atque inibi multa de inconstantia vulgi.
- 12 Vulgus ad probitatem incitari non potest secundum Aristotelem.
- 13 Stat contra rationem defensor mali sui populus.
- 14 Argumentum pessimi turba est.
- 15 Ex malis præfectis populus euadit pessimus, ex bonis bonus: idq; exemplis ex Euripide,

pide, Virgilio, & aliis, author  
confirmat.

16 *Difficile est populum ad vitam  
omnino modestam repenitè  
traducere.*

17 *Leges perseverant, cum factio-  
nes magnatum, statum Rei-  
publice non conturbant, &  
violant.*

18 *Civilis ratio civilem tollit, &  
naturalis naturalem: atque  
inibi plura de abrogatione &  
derogatione legis.*

a l. r. de iusti-  
tia & iur. in P.  
b l. iustitia, cod.  
tit. 5. r. cod. titu.  
apud Iustinia.



**I**USTITIA, à qua  
ius<sup>a</sup>, constans & per-  
petua est voluntas<sup>b</sup>,  
vt in se, & cum men-  
te diuina perpetua sit & inuaria-  
bilis: at habita ratione subiecto-  
rum, quibus accedit, varios pro-  
ducit effectus, mutata materia  
quæ ei subijcitur. Quemadmodū  
vna

vna & eadem ars, sine artificis & artis immutatione, diuersa opera producit & dissimilia.

2 Iustitiæ imago expressa à Chrysippo, eam etiam docuit virginem incorruptam<sup>a</sup>: vnde &<sup>a</sup> *Gellius, lib. 14. cap. 4. Cicero pro Caccinna.* eius administri, quales sunt lex & magistratus, incorrupti & immutabiles esse debent in ea red- denda, hoc est, debent constanter in eo quod iustum est perse- uerare, quandiu iustum inest<sup>b</sup>. *§. vt autem lex, de non alienand. reb. eccles. in authent.* Et magistratus postquam sententiam pronunciarunt ex iisdem cau- sis, dicta non debent retractare, vtpotè iam functi semel officio<sup>c</sup>, *l. index posteaquam, l. 55. de re iudic. in P. c. venerabilis, c. in literis, de offic. deleg. l. si compromissarius, §. si vero, de elect. in sexto.* & quòd in omnibus constantiam debent seruare<sup>d</sup> illæsam.

3 Nec ob id intercipi dicitur vel extingui iustitia, quòd pro di- uersitate locorum & temporum, aliter atque aliter distribuenda vel exercenda sit: Etenim, nec eadem

eædem leges sunt nunc, quæ fuerunt initio rerumpublicarũ. Nam & in Republica, sicut in corpore, & morbi sunt & ætates, quæ variis & diuersis egent remediis, & legibus. Sunt omnes ferè publicarum rerum mutationes morbi obnoxia<sup>a</sup>. Flavius Vopiscus<sup>b</sup> initio, fato Rempublicã geri ait, eamq; nunc ad summum euchi, nunc ad minima detrahi.

4 Morbus familiaris regno, monarchia: Aristocratia, Oligarchia: Democratia, bestialis Chirocratia, id est, plebis seditio: vt

<sup>c</sup> Polyb. lib. 6. fieri nequeat, quin mutatio accidat aliquãdo<sup>c</sup>. Polybius<sup>d</sup> quoque lib. 6.

<sup>e</sup> Lucius Flor. tradit, cuiusque corporis & Rei publicæ & instituti, esse auxesim quandam secundum naturam, deinde vigorem, postea diminutionem, vt in ipso vigore omnia sint optima. Lucius Florus<sup>e</sup>, gesta

Reipu

Reipublicæ Romanorum explicaturus, si quis, inquit, populum Romanum, quasi hominem consideret, totamq; eius ætatem percenseat, vt cœperit, vtq; adoleuerit, vt quasi ad quendam iuventæ florem peruenerit, vt postea velut consenuerit, quatuor gradus processusq; eius inueniet, &c. Videmus rerum publicarum & monarchiarum interitus, & iuris illarum subuersionem, cum corpore cui adhærebant. Quæ magnæ olim erant ciuitates, earum permultæ factæ sunt paruæ, & contrà: quia humana fœlicitas, nequaquam in eodem tenore perstare potest<sup>a</sup>. Atque adeò hominis ingenium rem nullâ perpetuò probat, & semper est quærulum, morosum præterea, ac propriis rebus minimè contentum<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Herodot. in  
proœmio histor.

<sup>b</sup> Maximus Ty-  
rius, sermone phi-  
losoph. 12

Quatuor tamen sunt, quæ  
iura



iura firmare possunt efficaciter, & ita Rempublicam saluam constituere & retinere: boni principes seu legislatores, probæ leges, probi magistratus, obsequens populus.

6 Boni principes & reges erunt, qui subditis, vt filiis, imperabunt, & omni studio dabunt operam, vt benè illis sit, & vt secundum Deum viuant, & boni sint: eaq; ratione leges bonas con-  
dant, illis & regno accommodas, à tyrânide alienas. Tyranni opus est, malefaciendo suis cum terrore inuitis imperare, in mutuo odio esse: Regis verò contrà, benefaciendo vniuersis, cum liberalitate atque clementia, spontè subiectos gubernare, in mutua semper beneuolentia ac charitate<sup>a</sup>, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinando<sup>b</sup>.

<sup>c</sup> Polyb. lib. 5. histor.

<sup>b</sup> 3. Reg. c. 23.

Et ita

7 Et ita cum imperio dupliciter seruit rex: primum, vt homo fideliter viuendo: secundò, vt rex, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes cõuenienti vigore sanciendo<sup>a</sup>: Nam ea ratione instituta regia potestas, vt malicohibeantur & coërceantur à malo, boni in quiete inter malos uiuant<sup>b</sup>.

8 Legislatores & quibus Res publica temperanda committitur, non nisi cum sapienticonsilio<sup>c</sup> admittendí, non iuuenes, qui vix possunt cupiditatis affectus castigare, potissimum dum ad amplæ dignitatis euehuntur fastigia<sup>c</sup>. Inter alia præcepta, quæ Octavius Cæsar dedit Tyberio & Reipublicæ, illud: vt Rempublicam hominibus, qui prudentia, rerumq; gerendarum peritia essent præditi, cõmitterent<sup>d</sup>: (iuuenis enim,

<sup>a</sup> can. si ecclesia, 23. q. 4.

<sup>b</sup> can. non frustra, 23. q. 5. can. qui peccat, in fine, & can. rex, 23. q. 4.

<sup>c</sup> vide Plutarc. commentario, & προβυτέρων πολιτευτήριον.

<sup>d</sup> Dion Cassius, lib. 56. histor.

F nec

nec auditor quidem ciuilis disciplinæ est, rudis actuum vitæ.)  
 a *Aristoteles, Ethico. 1. ad Nicomach. cap. 3.*  
 b *Virg. 6. Aeneid. fixit leges prætio, atque re-*  
*fixis.*

c *Demoſthenes aduers. Timocriton.*

Quibus & Deus minatur, per Esaiam: væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiâ scripserunt. Cui consentit Demosthenes<sup>c</sup>, χρῆν μὲν ἔν ἀπατην ὀργίλως ἔχειν, ὅσοι πιδίασι νόμους αἰσχροὺς καὶ πονηροὺς. Μάλιστα δὲ τέ τοις οἱ τὸς ποιέτες τῶν νόμων διαφθείρουσι, δι' ὧν ἐστὶ ἢ μικρὰν ἢ μεγάλην εἶναι τὴν πόλιν. id est, At verò irascendum est omnibus, qui leges turpes & improbas ferunt: tum verò iis in primis, qui leges corrumpunt, à quibus vel magnitudo vel humilitas vrbis pendet. Flagitia quæ sunt cōtra naturam,

a *cap. flagitia, se. q. 7. cap. quæ contra, 8. dist.*

vbique & semper repudianda<sup>d</sup>, sed de principibus & magistratibus Deo fauente videbis suo loco.

De

De qualitatibus porrò bonæ legis, suprà dictum est.

9 At de populi obedientia, non longus est habendus sermo, cùm hæc relatiua sint, imperare & obedire: nec alterum, sine altero esse possit. Et cùm per imperium inobedientes puniantur:

*Tu regere imperio, inquit Virgilius<sup>a</sup>, populos Romanæ<sup>a</sup> Virgilius, lib. 6. Aeneid.*  
memento,

*Hæ tibi erunt artes, pacisq; imponere morem:*

*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Alioquin populus contumax durioribus afficitur pœnis, vt à Deo olim factitatum<sup>b</sup>.

10 Est & populus docendus, non sequendus<sup>c</sup>: nec vanæ eius voces audiendæ sunt<sup>d</sup>. Nam,

*Scinditur incertum studia in contraria vulgus<sup>e</sup>.*

F 2

Vt

Vt bestia multorum capitum.

II Nec est consilium in vulgo, non ratio, nō discrimen, non diligentia<sup>a</sup>: sine comparatione populus probat, esse melius non sentit: illud quod est, qualecunq; est, probat<sup>b</sup>: quia ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat<sup>c</sup>. Præceps iudicium. eius & turbidum, & præcipitatione electionem sibi & rationem elidit: tenebris autem & inscitia ductus falsa pro veris sequitur. Vnde momento huc illucq; impellitur, & vt fretum, vel vt Euripus iactatur, & sententias mutat caligine erroris inuolutus, vt ait D. Augustinus<sup>d</sup>, Quare Persius<sup>e</sup>,

<sup>a</sup> Cicero, pro Plantio.

<sup>b</sup> Cicero, declar. orat.

<sup>c</sup> Cicero, pro Roscio Comæ.

<sup>d</sup> Dinnus Aug. lib. 1. de civita. Dei, cap. 22.

<sup>e</sup> Persius, Sat. 1.

--non si quid turbida Roma  
Eleuet, accedas: examénve improbum in illa  
Castiges trutina, Nec te quæsieris extra.

Nam.

*Nam Roma, quid non? habet  
fas est dicere! at fas, &c.*

Plato. <sup>a</sup> quoque idipsum asseue- <sup>a</sup> *Plato, lib. 6.  
de Republ.*  
rat, nec vulgus rectè iudicare pos-  
se nec philosophari, & philoso-  
phos necessariò odisse, & ideo  
non esse eum sequendū. Vastòq;  
comparans bruto, robusto admo-  
dum & ab homine enutrito, ira-  
rum & cupiditatum pleno: in quo  
adeundo vel tractando quis ob-  
seruare debeat, ex quibus causis  
vel ferocius vel mitius fiat. Qua-  
re quò quis plus se videt ab aura  
populari extolli, eò magis proxi-  
mam ruinam expectare debet, &  
cauere sibi ob eius incòstantiam,  
vt exemplo Gracchorum Tiberij <sup>b</sup> *vide Plutar.*  
& Caij, & aliorum <sup>b</sup>. Narrat Pau- <sup>c</sup> *in vita Agidii,  
in princip.*  
sanias <sup>c</sup>, Athenienses coëgisse <sup>c</sup> *Pausan. lib. 1.  
in Attic.*  
Demosthenem in Calauream in-  
fulam iuxta Troëzenem, exilij  
causa concedere: reuocatumq;

F 3      postea,

postea, iterum post Lamiacam  
 cladem, in exilium misisse, quo  
 tempore in eandem insulâ reuer-  
 sus, hausto veneno interijt. Ad-  
 ditq; , Huc igitur Demosthenis  
 nimius in patriam amor euasit:  
 quò mihi illud præclarè dictum  
 videtur: hominem nimis Reipub.  
 administrationi deditum, & po-  
 pulari aura fidentem, haud vn-  
 quam fœliciter diem extremum  
 claudere. Hoc ipsum firmant alij  
 plures, Phallaris<sup>a</sup>, Æschillus<sup>b</sup>,  
 Xenocrates<sup>c</sup>. Populus propter  
 hanc incertitudinẽ iudicij, quam-  
 uis in rebus externis nominandis  
 consentiat, tamen de iustis homi-  
 nibus atque rebus minimè con-  
 sentit secum: imò tam acriter dis-  
 sentit, vt ob id pugnae & interi-  
 tus inter Achiuos & Troianos fue-  
 rint: inter procos Penelopes, &  
 Vlixem: inter Athenienses, Lacc-  
 dæmo

<sup>a</sup> Phallaris in  
 epistolis, in epi-  
 stola 38. ad He-  
 gesippum.

<sup>b</sup> Æschillus,  
 in princ. prome-  
 thei ligati.

<sup>c</sup> Xenocrates,  
 lib. de morte.

dæmonas, atque Bæotios, qui  
 prius in Tanagra, deinde in Co-  
 roma perierūt. Quare Phocion<sup>a</sup> *Plato hac in Alcibiad. 1. vel de natur. hom. ex Hom. Iliad. & Odys.*  
 Athenienſiū vir constantiſſimus,  
 qui neque ridens, neque lachry-  
 mans ab ullo vnquam eſt viſus,  
 cū Athenieſibus oraculum da-  
 tum eſſet, vnum in vrbe eſſe qui  
 ſententiis omnium aduerſaretur:  
 Athenienſes autem quiſnam eſ-  
 ſet, quærendum eſſe iuberent,  
 Phocion ſe eū eſſe profeſſus eſt.  
 Nam ſoli ſibi nihil eorum place-  
 re, quæ vulgus & ageret & dice-  
 ret. Cū verò apud populum a-  
 liquando ſententiam dicens ap-  
 probaretur, videretq; omnes pa-  
 riter ſuæ orationi aſſentientes, ad  
 amicos conuerſus: num quid ma-  
 li, inquit, forſitan imprudens di-  
 xi<sup>b</sup>? Affine huic exemplo qui p-  
 piam refert *Ælianus<sup>c</sup>*, Hippoma-  
 chum pugillandi magiſtrum, cum ſor.  
 athleta

<sup>b</sup> *Plutarch. in Apophthegmat. Phocion.*

<sup>c</sup> *Ælianus. lib. 2. de varia hiſt. ſor. cap. 4.*



athleta quidam ex eius discipulis, specimen exhiberet artis, & circumstantis multitudo acclamaret, percussisse eum virga, dicendo: Si tu perperam neque opportunè fecisti. Nam si quid artificiosum præstitisses, non ij te collaudarēt. Innuens eos qui vnumquodque ritè gerunt, & administrant, non multitudini, sed iis tantum qui rei scientiam aliquam habent, placere oportere. Simile aliud refert Athenæus<sup>a</sup> exemplum, & à vulgo approbari, ignorantia antiquitus fuisse argumentum, ut cum tibicini cuidam applausum fuisset, commorareturq; adhuc in proscenio Asopodorus Phliasius, Quid hoc inquit? manifestum est ingens malum accidisse, quia non alio pacto à plurimis probaretur.

<sup>a</sup> *Athenæus,*  
*lib. 14. dipnos.*  
*cap. 13.*

12 Cuius rei causam exprimit

mit abundè Aristoteles<sup>a</sup>. *Vulgus,*<sup>a</sup> *Aristoteles,*  
 inquit, ad probitatem incitari nō *lib. 10. Ethicor.*  
 potest: Non enim sunt tales, vt ob *in fine.*  
 pudorem obtemperent, sed ob  
 metum: nec vt à prauis, ob turpi-  
 tudinem abstineant rebus, sed ob  
 pœnam. Nam quia affectibus vi-  
 uunt, persequuntur quidem pro-  
 prias voluptates, & ea, quæ illas  
 efficiunt: fugiunt autem dolores  
 oppositos. Honestatis autem, vo-  
 luptatisq; veræ nullam prorsus ha-  
 bent animaduersionem: quippè  
 cum eas non degustarint. Tales  
 igitur quænam verba traducere,  
 moderariq; possent? fieri enim  
 non potest, aut non facile fit, vt  
 ea verbis imitentur & extrudan-  
 tur, quæ non impressa sunt mori-  
 bus, temporeq; diuturno reten-  
 ta, &c. Vt rectè etiam Vlpianus<sup>b</sup> *l. legitimus,*  
 iurisconsultus<sup>b</sup> vulgarem perso- *l. 5. de legitimis*  
 nam, & minus honestam, oppo- *tutor. lib. 26. P.*  
 sit. 4.

F 5 fuerit

*a Paul. in l. 3. §. vitrea, de sup. pelle etibile l. 1. gata, lib. 33. P. tit. 10.*  
 fuerit honesta: Et Paulus, vulga-  
 ria, his quæ magni pretij sunt.  
 Ergo in hac arte boni æquæ fan-  
 cienda, populus non sequendus,  
 sed ad obediendum est instru-  
 endus pœna, neque ratione cum il-  
 lo cõtendendum legislatori: vul-  
 gi enim de omnibus rebus ferè,  
 sed temerè pronunciantis omit-  
 tenda sententia est. Et absurdum  
 ratione cum iis contendere, qui  
 non rationem, sed mulctam me-  
 reantur, vt notat Aristoteles <sup>b</sup>.

*b Aristoteles, lib. 3. Ethicor. ad Eudemonem.*

Quis enim probus erit medicus,  
 qui ægroti sequatur voluntates,  
 sanitati contrarias? Et in hac cau-  
 sa perpulchrè Seneca totus est <sup>c</sup>,  
 vt improbet populi mores. No-  
 cet, inquit, applicari anteceden-  
 tibus, & dum vnusquisque ma-  
 uult credere, quàm iudicare, nun-  
 quam de vita iudicatur, semper  
 creditur: versatq; nos & præcipi-  
 tat

*c Seneca, lib. de vita beata ad Gallionem fratrem.*

tat traditus per manus error, alienisq; perimus exemplis. Sanabimur, si modo separemur à cœtu.

13 Nunc verò stat contra rationem, defensor mali sui populus. Itaque euenit quòd in comitiis, in quibus eosdem factos prætores, iidem qui fecere mirantur, cùm se mobilis fauor circumegit, Eadem probamus, eadem reprehendimus. Hic est exitus iudicij, in quo secundum plures datur, cùm de beata vita agitur. Non est quod mihi dissentionum more respondeas, hæc pars maior esse videtur, ideo enim peior est: Non tam benè cū rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant.

14 Argumētum pessimi turba est, &c. Et iterum " quis placere potest populo, cui placet virtus? malis artibus popularis fauor <sup>a Seneca, lib. 4.  
Epistol. episto. 1.  
omnium autem</sup> queritur, similem te illis facias  
opor

oportet. Non probabūt, nisi agno-  
uerint: consiliari, nisi turpi ratio-  
ne, amor turpium, non potest.

15. Proinde arte celebri uten-  
dum est, ad sedādos motus istius  
feræ seu populi. Et primū illi  
præponēdi sunt optimi, nam cum  
malis præfectis populus euadit  
pessimus, cum bonis bonus: ut ex  
Euripide constat<sup>a</sup>,

<sup>a</sup> Euripides, in  
Orestē. actū 2.  
circa finem.

Λεινὸν οἱ πολλοὶ, κακέργους, ὅταν  
ἔχῃσι πρῶτάτας.

ἀλλ' ὅταν χρηστὸς λάβῃσι, χρηστὰ  
βελύουσ' αἶψ'. id est,

*Formidabile quiddā multitudo,  
cūm habet præfides maleficos.*

*Sed cūm bonos cœperint, sem-  
per bona consulunt.*

<sup>b</sup> Virgil. *Æ-* Et ut Virgilius<sup>b</sup>,  
*neid.* 5, lib. 1,

*Ac veluti magno in populo, cum  
sape coorta est*

*Seditio, seu itaq; animis immobi-  
le vulgus:*

*Iamq;*

*Iamq̃, faces, & saxa volant, furor arma ministrat.*

*Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem*

*Conspexere, silent, arrectisq̃ auribus astant,*

*Ille regit dictis animos, & pe-  
tora mulcet.*

Sicut enim mare natura quietum tale redditur, quales sunt venti quibus impellitur: ita & multitudo talis redditur ventibus, quales habet duces & consiliarios <sup>a</sup>. *a Polyb. in 11.*

*Fallitur egregio quisquis sub principe credit*

*Seruitium, nunquam liberias gratior extat.*

*Quam sub rege pio <sup>b</sup>.*

*b Claudia. in  
laud. Stilliconis.*

Moderatorum autem populi officium, in hac causa erit non statim eorum vitam omnino velle emendare; sed paulatim <sup>c</sup> & <sup>c</sup> *Plutarch. in  
Politico.* blandè.

Difficile.

16 Difficile enim est popu-  
pulum, ad vitam omnino mode-  
stam repente traducere, ut scri-  
psit Apollonius Tyaneus de re-  
gno ad Vespasianum, sed oportet  
mediocritatem quandam il-  
lorum mentibus partim apertè,  
partim occultè inserere: quò faci-  
lius emendentur<sup>a</sup>. Docet & per-  
pulchrè Euripides<sup>b</sup> modum, his  
verbis,

<sup>a</sup> Philostratus,  
lib. 5. de vita  
Apollonij, c. 13.  
<sup>b</sup> Euripides, in  
Orestes, act. 2.

ὅταν γὰρ ἡβᾷ δῆμος, εἰς ὀργὴν  
πίπτον

ἴμοιος ὥς τε πῦρ καίλασβίσαι λά-  
βρον.

οἱ δ' ἡσυχῶς πρὸς αὐτῷ ἐντεινόντες  
μὲν

χαλῶν ἐπείκοι, χειρὸν ἀλαβύ-  
μυτος,

ἴσως ἂν ἐκπύδουσιν. ὅταν δ' αἰνῶ  
πυρράς.

τύχοις ἂν αὐτῷ ῥαδίως ὅσον δι-  
λεις.

ὅτις

ἔρεσι δ' ὄντος, ἐν δὲ ἡγὺ θυμὸς  
μύχας. id est,

*Quando enim populus in iram  
prolapsus estuat,*

*Non secus, quam ignis furens,  
sopiri potest:*

*Si quis autem paulatim commo-  
to cesserit,*

*Remittens habenas, ac temporē  
seruiens*

*Forsan expirauerit. Quando au-  
tem spiritus remisit,*

*Vteris eo facile pro arbitrio.*

*Inest quippè ei misratio, inest &  
magna ira.*

Populus leniendus est verbis cle-  
mentibus, & sic seruiet: duris au-  
tem exasperatur, & rebellat <sup>a</sup>.  
Tunc itaque Respublica & leges  
durabunt, si populus his morem  
gerat: contrà tollentur, si his non  
vtatur <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> exemplum, 2.

Paralip. c. 10.

<sup>b</sup> diximus su-

pra in quaestione

de quo in 5. pra-

cepto, num. 32.

& l. de quibus

de legib. can. c-

vis autem lex

4. distinct.

17 Dehinc secundò perseue-  
rant



rant leges, si factiones magnatum non adsint, quæ statum Rei publicæ conturbant & violant, vt

Demosthenes ait, dum quæ reprehendunt, ipsi agunt<sup>a</sup>. Tertiò

<sup>a</sup> Demosthenes  
exordior. c. 33.

<sup>b</sup> l. 2. de con-  
stitutio. princip.  
lib. 1. P. tit. 4.

Modest. in l. nul-  
la, l. 24. de legi.

lib. 1. P. tit. 3.

<sup>c</sup> l. etsi nihil, l.  
144. de reg. iur.

lib. 50. P. tit. 17.

<sup>d</sup> Euripides, in  
Hippolito, act. 2.

non debet mutari leges, sine eui-  
denti vtilitate<sup>b</sup>: at si euidentis æ-  
quitas suggerit, mutatio licita<sup>c</sup>.

— καὶ βεβαιοῖς,

vt ait Euripides<sup>d</sup>,

αἱ δὲ τεταίπωσθε νόμους  
φώτερας. id est,

*Siquidem mortalibus prudentio-  
res solent aliquando esse co-  
gitationes.*

Durabunt quarto loco iura, iisdem

<sup>e</sup> Panor. in c.  
cum accessissent,  
de constit. facit

<sup>f</sup> pacta non si-  
ma, de pact. C.

<sup>f</sup> can. ante tri-  
ennium, 31. dist.

§. 4. de testa. ap.  
Iustin. l. de quib.  
de legib. in P.

casibus in quibus non tolluntur  
nec mutantur: annotamus autem

leges tolli, vel mutari, vel corrigi,  
aliis quàm diximus modis. Pri-

mum, contraria sanctione vali-  
da, reuocata priore<sup>e</sup>: & propter

consuetudinē contrariam<sup>f</sup>. Nam  
abroga-

abrogata prior nullam authori-  
tatem habet, si omnino sublata,  
perinde ac si nunquā lata fuisset  
imò prohibitū est pœna falsi, ha-  
rū autoritate vti pro decisione

*§. i. de nautic.  
v. sur. lib. in auth.  
collat. 3. tit. 6.  
b l. fin. & ibi  
glo. & Barth. ad  
leg. Cornel. de  
fals. Ancharan.*

18 In argumentum tamen  
citare possumus, & eius ratio-  
nem<sup>c</sup>, nisi expressè dicatur ratio  
correcta: ciuile enim ratio ciui-  
lem tollit, & naturalis natura-  
lem<sup>d</sup>. Et melior ratio sequenda  
est. Cicero ad Atticum, abroga-  
tam dici legem tradit<sup>e</sup>, cū om-  
nino tollitur ratione, cū anti-  
quabatur: derogari autem legi,  
cū pro parte tolleretur, & con-  
tra legem in aliquo fiebat. Decla-  
rat id Victorinus<sup>f</sup>, & Modestinus  
iurisconsultul.<sup>g</sup> Septem autem mo-  
dis abrogari legem collige: pri-  
mò contraria consuetudine<sup>h</sup>, se-

*confi. 483. incip.  
prima facie in  
prima col. vide  
hoc latè expli-  
cantem Felinū,  
in cap. canonum  
statuta, de con-  
stitutio. nam. 19.  
& 20.*

*c Bart. in d. l.  
fin. ad l. Cornel.  
de fals. & in l. i.  
de coniung. cum  
emanci. liber.  
d l. eas, de ca-  
pit. diminut. glo.  
in cap. fuerunt.  
7. dist.*

*e Cicer. epist. 3.  
lib. ad Atticum  
epistola. omn. 6.  
f Victorinus, in  
2. lib. ad Heren.  
g Modest. in l.*

*derog. legi, l. 102. de verb. signific. in P. h can. in istis, §. i. 4.  
distinct. Julian. in l. Iulianus, § fin. de legib. in P.*

G

cundò

a. can. ante tri-  
ennium, 31. dist.

b. l. can. aliter,  
31. distinct.

c. can. fraterni-  
tatis, 34. dist.

d. cap. cum ef-  
fante, de appella.

can. Neophytus,  
31. distinct.

e. can. legi, 10.  
quast. 1. can. ve-

rum, 63. dist.

f. l. si. C. de leg.

g. glos. in l. de-  
terminis, C. de

sacrosanct. eccle.

h. Suetonius in  
Domitia.

cundo contraria constitutione<sup>a</sup>,  
tertio locorum varietate<sup>b</sup>, quar-  
to nimio rigore<sup>c</sup>, quinto cessan-  
te causa legis<sup>d</sup>, sexto si ex consti-  
tutione detur occasio iniquita-  
tis<sup>e</sup>, septimo voluntate princi-  
pis<sup>f</sup>. Item abolito principatu ali-  
cuius tyranni, & eius leges aboli-  
tae censentur<sup>g</sup>, ut rescissa sunt, re-  
ste Suetonio gesta omnia Domi-  
tiani à senatu post eius mortem<sup>h</sup>.

## De iuris potestate, & vi. Cap. 29.

- 1 Quare meliores leges & consti-  
tutiones, quàm aniles fabule.
- 2 Iura, laudem, & forenssem in-  
dustriam, latere in presidia  
& tutela bellica virtutis.
- 3 Bella cur suscipienda, ex Ci-  
cerone.

Duo

4. Duo gladij cur concessi principibus.
5. Interpretatio gladij flammei & versatilis existentis ante paradysum.
6. Quomodo iuris magna sit potestas in animam & corpus.



**U**s omne habet vim cogentem, atque libertatis moderatricem in bonum: sic libertas, viuendi, vt velis, & facienda, facultas est, nisi si quid vi aut iure prohibitum sit <sup>a</sup>. Aliter leges & constitutiones, pares essent <sup>a</sup> <sup>l. libertas, d</sup> <sup>stat. homi. in P.</sup> <sup>anilibus fabulis, & rectè de illis diceretur, quod aliquando credidit Anacharxis, verba tantum esse, easq; similes aranearum telis, quæ paruas, & non magnas muscas <sup>b</sup> <sup>Plutarch. in</sup> <sup>vita Solon.</sup> capiunt <sup>b</sup>.</sup>

Data leges, ne fortior omnia posset <sup>c</sup> <sup>c. Ouid. 1. V. 2.</sup> <sup>3or.</sup>

G 2 *Mihi*

*Mihi non videtur, quod sit fa-  
ctum legibus,*

*a Terentius in Phormione. Rescindi posse<sup>a</sup>.*

*b l. qui vesti- tueret, de rei ven- dica. in P. l. i. de Instini. C. confir.* Ita manu militari, si rebellis sit populus, cogitur ad iuris manda-  
*c l. cum vir, ad legem Iulian. de adul. C.* ta<sup>b</sup>: legesq; armari dicuntur<sup>c</sup>.

*d Cicero, pro Nirena.* 2 Quare Cicero<sup>d</sup> dixit, rem militarem præstare cæteris virtu-  
tibus: iura, nostram laudem, & fo-  
rensem industriam, latere in præ-  
sidio & tutela bellicæ virtutis; &  
omnia quæ in imperio sunt, & sta-  
tum ciuitatis defendi.

3 Et rursus, bella suscipien-  
da, ut in pace viuamus, sine iniu-  
ria: leges autem & iudicia esse nō  
posse, pace sublata<sup>e</sup>. Hinc est,

*e Cicero, i. of- ficio. & Philip- pica, 8.* quod qui iura reddūt, legum ani-  
*f ut ait l. 2. §. post originem, de orig. iur.* ma magistratus<sup>f</sup>, gladium, & ius

*g l. imperium, de iurisd. omn. indic.* gladij ad animaduertendum in fa-  
cinorosos habere dicuntur, quod

*h l. potestatis verbo, de verbo. signific. in P.* imperium nominatur<sup>g</sup>, potestas  
inquam in magistratibus<sup>h</sup>; vltor

iniqui

iniquitatis gladius <sup>a</sup>, à maiori po-  
testate concessus <sup>b</sup>.

4 Quare quando duæ pote-  
states concessæ sunt statuendi in  
subditos principibus, secularibus,  
& spiritualibus, gladij duo dati  
sunt, vt sancita possent incorru-  
pta custodiri <sup>c</sup>, ad laudem bono-  
rum & vindictâ malefactorum <sup>d</sup>.

5 Et cùm Deus hominem pe-  
pulisset loco voluptatis, posuit  
gladium flammeum atque versa-  
tilem ante paradysum, ad custo-  
diendam viam ligni <sup>e</sup>. Vnus gla-  
dius ibi duarum qualitarum, erat  
enim flammeus & versatilis, vna  
potestas in mundo à Deo relicta  
vicario suo <sup>f</sup>. Sed eius duæ quali-  
tates, vna flammea, alia versa-  
tilis: flammea spiritualis est, versa-  
tilis gladius materialis, quibus cu-  
stoditur via ligni, mandata iniquâ,  
iurâque ad vitam æternam nos

G 3 ducen

<sup>a</sup> Iob 19. can.  
non silu, 23. q. 5.

<sup>b</sup> can. est con-  
cessa, ca. ille gla-  
dium, 23. q. 4. c.  
postula, de ho-  
micid.

<sup>c</sup> D. Luca, c.  
22. in extranag.  
vnam sanctam,  
§. in hac, de ma-  
iori. & obediem.

<sup>d</sup> can. non so-  
lum, & can. sunt  
quidam, 23. q. 5.

<sup>e</sup> Genes. c. 3.

<sup>f</sup> d. extranag.  
vnam sanctam.

ducentia. Spiritualis gladius mucro Ecclesiæ, non Occidens, sed

*a* *can. 2. 33. q. 2.* viuificans, nec materialis <sup>a</sup>. Et  
*cano. inter hac,*  
*33. q. 2.* gladius spiritus verbū Dei <sup>b</sup>, qui  
*b* *ad Ephes. 6.* & penetrabilior omni gladio an-  
*c* *ad Hebr. 4.* cipiti <sup>c</sup>. Legis virtus imperare,  
*d* *l. legis virtus,* vetare, permittere, punire <sup>d</sup>. Spi-  
*de legib.* ritualis gladius excommunicatio,

anathema, quibus anima ad bonum cogitur, castigatur, & in bono & æquo continetur: ut in pœnis delictorum docemus proprio loco. Et hæc leges Pontificiæ & diuinæ interminant: sicut & humanæ, gladium alium, & pœnarum per illum diuersa genera.

6 Sic iuris magna potestas in animam, & corpus extenditur: omnesq; rationis capaces coërcet, pro modo & autoritate legislatoris, qui statuit, hoc est, si potestatem habeat, in eos quibus iura dat; nam inferior superiori dare

dare legem nequit<sup>a</sup>. Et vt breui-  
 ter absoluam, potestas iuris vel  
 legis habet mortis, & vitæ con-  
 cessum sibi à Deo imperium. Ne-  
 que facta contra legem publicā,  
 contra legem quæ respiciat om-  
 nes vt vniuersos, valent vlllo mo-  
 do<sup>b</sup>, neque quæ in fraudē eius<sup>c</sup>.  
 Nec quisquam facere potest, ne  
 leges hæ in suo testamento, aut in  
 aliis suis negotiis habeant locū<sup>d</sup>:  
 etsi in sui tantum fauorem intro-  
 ductis, possit renunciare<sup>e</sup>. Obe-  
 dire coguntur inferiores, magi-  
 stratus, principibus, & regibus: &  
 vt Horatius<sup>f</sup>,

*Regum timendorum, in proprios  
 greges,  
 Reges in ipsos imperium est Iouis  
 Clari.*

<sup>a</sup> c. cum infe-  
 rior, de maiori-  
 & obediēt.

<sup>b</sup> l. non dubiū,  
 C. de legib. l. si  
 quis inquilinos,  
 §. si. de legat. 1. l.

pacta qua con-  
 tra, C. de pact. l.  
 in re gentium, §.

prætor ait, eo. sit.  
 in P. can. vides,

10. dist. can. con-  
 tra dicimus, 35.

q. 3. can. non o-  
 portet, 33. q. 4.

<sup>c</sup> l. si libertus,  
 de iur. pat. in P.

d. l. non dubiū  
 C. de legib.

<sup>d</sup> l. nemo po-  
 test, de legat. 1.

<sup>e</sup> l. si quis in  
 conscribendo, C.

de pact. & de  
 episcop. & cler.

can. simil.

§. Horat. in Od.

6 4 De



# De cognitione & scientia quæ necessaria est optimis iuriscōsultis.

Cap. 30.

- 1 *Iuriconsultū Enciclopedia disciplinarum ornatum esse debere, inibiq; rationes multas, easq; optimas adfert author.*
- 2 *Quibus verbis voluntas animi exprimi debet.*
- 3 *Vbi multa consilia, ibi salus erit.*
- 4 *Observationes authoris utilissima, ut quis mentem cuiusque legis facile possit assequi: quod & quinque ad summum rationibus ostendit, tu videto & observa.*
- 5 *Poetas non esse iuriconsultos, opere pretium est: nam & illorum auctoritas ornat, nisi*  
*necessa*

*necessario non concludat.*

6 *Factiua practica, scientia non omnino à iuriscōsulto ignoranda.*



ON declines à lege, ait Dominus<sup>a</sup>, ad dextera<sup>a</sup> *Iosue, cap. 7.* teram vel sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. Explicat autem, his verbis, omnium cognitionem ex legis obseruantia oriri.

I Quum iuris prudentia sit diuinarum & humanarum rerum notitia, iusti & iniusti scientia<sup>b</sup>: *b. l. iustitia, §. i. de iust. & iur. in P. §. iurisprudencia, eod. tit. apud Iustinia.* nemo ambigit iuriscōsultum vel nomothetam, encyclopædia disciplinarum ornatum esse debere, antequam hanc artem verè iuris consequi possit. De his enim quæ incognita nobis sunt, certam non possumus ferre sententiam, quæ cū licet rei conueniens esse de-

G      s      bet,

bet, antequam iusta & æqua dici mereatur. Proinde Theologiam in primis scire debet, ut cognoscat, quæ Dei voluntati sint con-

a epitomen me-  
s. physicorum, si-  
bi tradimus, lib.  
10. Syntaxeon.  
b l. rerum mi-  
stura, de vsucap.  
in P.

c ut in 4. quod  
antè ad eas res,  
et ibi gloss. in  
verb. loci vacan-  
tis de vsucap. l.  
libellorū, de ac-  
cusat. in P. cum  
simil.

d l. quoties, de  
naufrag. lib. 10.  
e l. Thais, §. in-  
tra certa, de fi-  
deicommiss. li-  
bertat. quomodo  
et in quibus in  
iure tempus con-  
sideratur, abun-  
dè diximus per  
14. cap. in 4. lib.  
præudio, optimi  
iurifcons.

uenientia, quæ ve repugnēt. Do-  
minatur enim, ut dixi, omnibus  
ius diuinum, à quo nec licet defle-  
ctere. Et tractant de diuinis no-  
mothetæ, ut de Deo, de fide, de  
hæreticis, de sacramentis, de de-  
cimis, de sepulturis, de Iudæis, &  
de similibus, de quibus in iuris  
materia Deo volente dicemus.

Qua ratione de metaphysicis  
quædam præ scire eum quoque  
oportet, ea enim ad Dei cogni-  
tionem, viam præparant, & men-  
tem acuiunt<sup>a</sup>. Ut & ex physicis  
quædam delibasse opere prætium  
est: nam in iure & eius quæstioni-  
bus, sæpè physica notione indige-  
bit<sup>b</sup>, in loco<sup>c</sup>, in tempore<sup>d</sup> con-  
siderando in causis naturalibus,

&c

& non naturalibus, in materia <sup>a l. adeo q. c. m. quis, de acquir. rer. dom.</sup>  
 in forma, & in aliis quæ physica <sup>b de astrologia, pulchram epist. mē tibi dedimur,</sup>  
 sunt speculationis, perpendendis. <sup>lib. 3. Syntaxeon artis mirab.</sup>  
 Accedant quoq; mathematica di <sup>c l. i. c. de con- stit. reor. l. mora Romano, de feriis, l. cum qui- dam, de annu. legat. l. 2. §. fi. de verb. sign. in P.</sup>  
 sciplinæ oportet, astrologia, mu- <sup>d l. cum duo- bus, §. damnat. pro socio, in P. cum simil.</sup>  
 fica, geometria, arithmetica: nam <sup>e l. licet, C. de locat. c. propter sterilitatem, eod. tit. apud Grægor. cum simil.</sup>  
 astrologiam <sup>f de hac dixi- mus in lib. 12. Syntaxeon, c. 6. 7. & 8. & c. 12.</sup> <sup>b</sup> callens, & nume-  
 ros dierum, annorum solis & lu-  
 næ, & planetarum cognoscer, &  
 metheora grādinum, ventorum,  
 & similium causas. Eget autem  
 iuris prudentia his, vt in die diui-  
 dundo à nocte <sup>c</sup>, in iudicandis dā-  
 nis fatalibus, & tempestatibus <sup>d</sup>,  
 frugum siderationibus, lapidatio-  
 nibus <sup>e</sup>, & similibus. Musicam hīc  
 considerare par est potius spe-  
 culatiuam <sup>f</sup>, quæ proportionē le-  
 gitima harmoniam & concen-  
 tum Reipublicę continet, de qua,  
 qui didicerit quæ de musica tra-  
 duntur, præstantiora proferet &  
 statuet. Vt enim in concentu vo-  
 cum,

cum, non eadem est vocis intentio, sic nec omnes, nec omnia, quæ Respublicas benè constituunt, eiusdem sunt ordinis aut naturæ: sed diuersa aliquibus legibus iuncta, societatem vnam, vt diuersæ voces concentum edunt. Atque, vt musicæ peritus, intelligit cacophoniam statim vbi fides à tono recedit, & emendat: sic peritias in concentu Reipubl. componendo, vbi quis ex officio recedit, percipit & emendat, seruata concentus vnus proportionem. Geometria utilis erit ad diuisiones & mensuras soli<sup>a</sup>, quibus iurisconsultus etiam ius dicit: vt apparet ex titulis communi diuidendo, finium regundorum, in agris limitatis distinguendis<sup>b</sup>, in alluionibus restituendis, in terminis fingendis, & rursus, si mensor falsum modum dixerit iudicando.

Arith

<sup>a</sup> de necessitate geometria; vide in nono lib. Synaxeron 13. cap. 1. & de arte possidendi.  
<sup>b</sup> vt in l. in agris, de acquir. rer. dom. P.

Arithmetica, ad geometriam, astrologiam, & musicam quoque pertinet, & sine hac vix doceri possunt: ideo & hæc iniure necessaria, nec diuidi res sine numeris potest, hucq; pertinent quæ traduntur de diuiduo & indiuiduo in stipulationibus<sup>a</sup>, de familia er-  
 ciscunda, de rationum redditio-  
 ne, & similia, sed potissimum qui  
 iura sancit proportionem arith-  
 meticae disciplinam considerat,  
 & geometrica, in iustitia. In com-  
 mutatiua, arithmetica, quæ nu-  
 meros respicit & quantitatem se-  
 quitur: in distributiua, geometri-  
 cam, quæ figuras maximè cõtem-  
 platur, & secundum eas tantum  
 proportionem, negotia cõponit:  
 redditq; cuique quod suum est,  
 secundum cuiusque dignitatem,  
 vt suprà docuimus, & Aristoteles  
 abundè explicat<sup>b</sup>. Et ita constat  
 reales

<sup>a</sup> l. stipulatio-  
 nes, non diuidun-  
 tur, de verbor.  
 oblig. cum simil.

<sup>b</sup> Aristotel. s.  
 Ethicor. ad Ni-  
 coma.

reales speculatiuas omnes scientias, cognitae ei esse debere, qui artem hanc iuris perfectè voluerit assequi. Id ipsum dictum puta, de scientiis aliis speculatiuis, rationabilibus dictis, quas præcipuè debet, vt magis familiares, calle-  
re, rhetoricam, poësim; historiã, & ius vtrunque.

2 In primis animi voluntas debet verbis exprimi, iisq; intelligibilibus & aecommodis, idoneis & cõgruis: nam aliter & lex, quæ in idiomate falsa est, reiici-

a *ad audien-  
tiam, cap. 11. de  
rescript. c. quan-  
titate, de falsis  
apud Gregor.*

tur<sup>a</sup>. Nec certè qui loqui non no-  
cuit, poterit legum mentem con-  
cipere. Neque verborum & no-  
minum propria contemnunt le-  
gislatores, quinimò circa hæc ma-

b *105. 11. de ver-  
bor. signifi. in P.  
c. in decreta-  
to 4. c. alibi  
ubique.*

ximè laborarunt. Et de nominum  
significatione apud iuriconsultos  
frequentes pugnae, plures & le-  
ges<sup>b</sup>. Atque de Græcis dictioni-  
bus,

bus, non modicæ occurrent quæ-  
 stiones. Quare & oportet nostrū  
 iurisconsultum tinctum esse vel  
 leuiter Græcis literis, sicut & He-  
 bræis, si quando ad ius diuinum  
 recurrendum sit, vt sæpè contin-  
 git potissimum Christianis, qui  
 habemus legem diuinā Hebraico  
 & Græco idiomate conscriptam.  
 Hæc q̃; vt explicet, eget dialecti-  
 ca<sup>a</sup>: argumentando enim & di-  
 sputādo, exemplo Herennij Mo-  
 destini, colligit aliquin difficilia<sup>b</sup>.  
 Sæpè æquiuoca distinguenda<sup>c</sup>,  
 sæpè definiendæ & diuidendæ res.  
 Propositiones obseruandæ, num  
 generales, an particulares, an v-  
 niuersales, an indefinitæ, quæ vt  
 plerunque æquantur vniuersali-  
 bus<sup>d</sup>.

3 Docebit quomodo accom-  
 modè proferat, & disponat rhe-  
 torica: vir sapiens fortis est, & vir  
 doctus

<sup>a</sup> *artem dial-  
 ectica tracta. lib.*

<sup>17.</sup> *Syntax. art.*

<sup>b</sup> *mirab.*

<sup>b</sup> *l. fin. §. nu-  
 merum, de nu-  
 merib. P.*

<sup>c</sup> *vt in l. impe-  
 rium, de iuris d.*

*omn. ind. l. i. de  
 adopt. in P.*

<sup>d</sup> *l. si quis ita  
 dixerit, de testa-  
 ment. tutel. in P.*

*vide Panormit.*

*in cap. in Gene-  
 si, de electio.*



doctus robustus & validus, quia  
cum dispositione initur bellum,

*a* *Proverb. c. 24.* & erit salus vbi multa consilia.

*b* *Ecclesia. c. 9.* Et rursum <sup>b</sup>, omnis sapientia, ti-  
mor Dei, & in illa timere Deum,

*c* *Psal. 111.* & in omni sapientia dispositio le-  
gis. Et <sup>c</sup>, Iucundus homo qui mi-

feretur & commodat, disponit  
sermone suos in iudicio. Egent

*d* *l. vt respon-*  
*sem, C. de trans.* iurisperiti hac arte, in propo-  
nendis quaestionibus <sup>d</sup>, in defen-

*l. Domitius, de*  
*testamentis. in P.* dendis litibus <sup>e</sup>, in ordinandis sen-  
*l. precibus, C. de* tentiis <sup>f</sup>, in concipiendis legibus <sup>g</sup>:

*impuber.* vt clarè, nitidè, conuenienter sin-  
*e l. aduocati, de* gula fiant, ne captionis calum-

*aduocat. diuers.* niandive iura detur occasio. At-  
*ind. C.* que id experientia didici, nunquā

*f l. 1. de senten.* quenquā posse in iure ciuili pro-  
*ex peric. recitan.* ficere, nisi prius apta & conue-

*g can. erit an-*  
*tem lex, 4. dist.* niente hypothesi, legem conci-  
*cap. vidua, 27.* pere didicerint hoc enim est, men-

*quast. 1.* tem legis assequi, quam hoc mo-  
do concipi doceo, & in ea arte

2915

primū

primum meos chariores exerceo  
discipulos.

4 In primis moneo, vt lege  
annotata, considerent sub quo iu-  
ris scripta sit titulo: nam congruis  
titulis subiiciuntur<sup>a</sup>, & ad titu-  
los, vt ad axioma generale, quæ  
titulo subiiciuntur, referenda sunt,  
& ita intra septa & vallum legis  
militandum. Secundò iubeo le-  
gem rectè, & consideratè perlegi  
integrè: inciuiile quippè, nisi rota  
lege perspecta, de aliqua eius par-  
te iudicare<sup>b</sup>. Iustaq; visa est De-  
mosthenis ab Æschine, accusatio,  
quòd is partem tantum legis in  
medium protulisset<sup>c</sup>. Ediq; ex  
integrò voluerunt ab argentario  
rationes, iura<sup>d</sup>. Et sæpe lex ha-  
bet in fine resolutionē, per quam,  
quæ antea proposita sunt, vel re-  
tractantur, vel corriguntur, vel  
explicantur<sup>e</sup>. Inter legendum,

<sup>a</sup> l. 2. de statu  
homin.

<sup>b</sup> l. inciuiile, de  
legib.

<sup>c</sup> Æschines cō-  
tra Ctesiphon-  
tem.

<sup>d</sup> l. argenta-  
rius, §. edi, de  
uden. in P.

<sup>e</sup> vt in l. si tibi  
pecuniam, l. 20.  
de reb. credit.



H

anno

annotāda sunt: res, de quibus principaliter agitur, & earum nomina, vt si de fundo agitur, de veste, aut de similibus, qualitate earum

*a l. q. de leg. 1.*

& appellatione descripta<sup>a</sup>. Dehinc nomina personarum, vt non confundatis in specie concipienda. Et subinde notanda negotij qualitas, de quo agitur: si agatur de contractu, de iudicio, de testamento, de pœna, in genere & specierum de statu personarum principaliter, an rerum, an negotij agatur. Tertiò ita perlecto textu,

& mendo, iniuria librariorum si aliquod sit, emendato, vide num vna sit ibi quæstio, an plures: si vna, ad resolutionem vnā omnia ducenda: si plures, diuidendus textus per sua diuersa membra,

*vt in l. bona*

*fidor. depos. in P.*

*et similib. sap.*

*in iure Pontifi-*

*cior*

Et in singulis observa, si disputetur quæstio: quæ rationes<sup>b</sup> à iuriconsulto pro resolutione, & quæ

quæ contra eam adeferantur, & num contrariæ dissimulatæ sunt, vel dissolutæ. Diuisio illa diuersorum in textu positorum, mirificè prodest ad vitandam confusione, & ad faciliorem explicationem: vt fundus diuiditur in partes, ad faciliorem culturam<sup>a</sup>. Ideo <sup>a l. Caius, l. 88. §. Titius, de legat. 1.</sup> separabilia tantum diuidi debet, non quæ coherent, aut quæ ad eandem perfectionem, eundemve finem conspirant. Et ita non diuidendum dictum à sua causa, responsum à quæstione. Quartò animaduerte, num illa lex sit principalis, an aliam explicet, & ita pendeat ab alia: sicut pleræque tibi occurrent per se truncatæ, & ab aliis pendentes præcedentibus: vt in titulo de procuratoribus in II. in principio: in I. & an eadem, de except. rei iudicatæ in II. & in simili. In principalibus & absolutis,

tis, intra hypothesin illarum te-  
 contine: in aliis præcedentia quo-  
 que scrutare, & sequentia. Quin-  
 to observa proprietatem verbo-  
 rum legislectæ, à quibus non est  
 recedendum, nisi de mente con-

<sup>a</sup> l. non aliter,  
 l. 67. de legat. 3.

<sup>b</sup> l. librorum, §. quod  
 tamen Cassius,  
 eod.

<sup>c</sup> l. in ambi-  
 guo, de reb. dub.

<sup>d</sup> l. 1. de mutat.  
 nom. C.

<sup>e</sup> l. 4. de leg. 1.

<sup>f</sup> l. cum de la-  
 tionis, §. suam,  
 de fide instruet.  
 instrumen. lega.

traria appareat<sup>a</sup>. Verba mentem

referunt, nec aliud cogitatum

communiter, quàm dictum exi-

stimandum est<sup>b</sup>: cum ad recol-

gnoscentas res inuenta sint<sup>c</sup> re-

rum nomina, potissimum appet-

latiua, quæ immutabilia<sup>d</sup>. Pro-

pria nominum & rerum signifi-

catio, observato loco in quo ser-

mo fit, & persona loquentis, mo-

do loquendi & negotio in quo fit

sermo, & tempore eruitur. Mos

primùm regionis, cuius idioma

est, sequendus & in qua sint opi-

nione incolæ, vel vicini quæren-

dum<sup>e</sup>. Persona loquentis consi-

deranda, sit ne iurisconsultus, qui

proprie

propriè solet loqui<sup>a</sup>: an is ex se<sup>a</sup> *l. Plantius, de  
anno & arg. leg.*  
 decidendo loquatur, an verò re-  
 ferat verba alterius qui loquutus  
 est: aliter enim rustici, aliter peri-  
 ti, aliter ciues loquuntur<sup>b</sup>. Ne-<sup>b</sup> *l. 4. de leg. 1.  
l. Labeo, §. nec  
mirum, & §. ro-  
rum, de fundo  
instru.*  
 gotia quæ geruntur, interdum &  
 nomina ad suam naturam accom-  
 modant, veluti in remissione pen-  
 sionis, & in locatione, donationis  
 nomen impropriè pro remissio-  
 ne, non pro irreuocabili accipie-  
 tur donatione<sup>c</sup>. At tempus cla-<sup>c</sup> *l. si vno anno,  
locat. in P. cap.  
intelligentia, de  
verb. signific.*  
 uum mutationis appellationum  
 tenet, cum quo vsus, & formam  
 nominum mutat, miscet, & tollit.  
 Nam, vt Varro ait<sup>d</sup>, ex mixtione<sup>d</sup> *Varro, 4. de  
lingua Latina.*  
 populorum, nomina exolescunt,  
 vel mutantur: sicut & ex pronun-  
 ciatione, facta aut ex syllabarum  
 production, vel detractio, vel  
 additione, vel interpositione, vel  
 arsi, vel thesi. Et Horatius<sup>e</sup>, <sup>e</sup> *Horat. lib.  
de arte poetica.*

*Multa renascentur, quæ iam ce-  
 cidere,*

*cidere, cadentq̃,  
 Quæ sunt in honore vocabula, si  
 volet usus,  
 Quem penes arbitrium est, &  
 vis & forma loquendi.*

*Et iterum,  
 Multa ferunt anni venientes  
 commoda secum,  
 Multa recedentes adimunt. Ne  
 forte seniles  
 Mandentur iuveni partes, pue-  
 riq̃ viriles,  
 Semper in adiunctis ævoq̃ me-  
 rabimur aptis.*

*a Polybim, lib. 3. hister.* Refert Polybius<sup>a</sup>, post primum  
 fœdus, quod inter populum Car-  
 thaginensem & Romanum, sta-  
 tim post eiectum Roma regium  
 nomen, L. Iulio Bruto, & Valerio  
 Coss. tantam Romanæ lingue fa-  
 ctam fuisse mutationem in suum  
 usque diem, ut etiam qui antiqui-  
 tatis peritissimi essent, pleraque  
 non

non nisi difficulter intelligerent. Immorandum non est in proferendis similibus exemplis, cum res per se plana sit: sed admonendi in eo sumus, habendam eius temporis rationem, quo verba dicta, scriptave fuere. Neque tamen verba legis captanda vel contorquenda sunt<sup>a</sup>: etsi mens<sup>a</sup> *l. penult. ad exhiben. in P.* de qua constat cum verbis pugnet, mentem sequi oportet<sup>b</sup>: nomen<sup>b</sup> *l. in ambig. de reg. iur. cap. intelligentia, de verb. signi. l. ubi est verborum, l. 22. de reb. dub. in P.* namque minima est pars orationis<sup>c</sup>, & intelligentia verborum<sup>c</sup> *Aristot. Peri Hermenias. d. c. intelligentia.* ex dictis & factis loquentium capienda est<sup>d</sup>. Sexto sermone & in superioribus consideratis, hypotheseos breuiter referat, quam vocamus casum, retentis nominibus rerum, personarum, & negotiorum, prout à lege efferuntur. Si plures sunt & diuersæ partes, diuersas adferat hypotheses ordine textus. Vt probè fingatur



hypothesis, nota omittendas es-  
 serationes, quæ firmare possunt  
 decisionem: & contrarias, etsi à  
 textu referantur. Sed purè pro-  
 ponendum quod factum est, vel  
 fingendum: ita tamen, ut ex ordi-  
 ne naturæ procedat, multa inter-  
 polatione rationum. Facto au-  
 tem proposito in modum simpli-  
 cis narrationis, quid statuendum  
 de eo esset, quæsitum esse à iuris-  
 consulto vel Cæsare, propone:  
 Dehinc adhibe decisionem legis,  
 pro solutione quæstionis: dein-  
 ceptq; inde vnum confice actio-  
 ma, vel thesim, seu regulã, quam  
 postea firmabis, primum iuribus  
 similibus, si quædam tibi ad ma-  
 num & in promptu venerint, in-  
 de rationibus, quas si non habeas  
 speciales, semper generales ac-  
 commodabis depromptas ex his  
 quæ abudè & utiliter tradidimus  
 in

in-quæstione, de quo <sup>a</sup>, cùm de <sup>a</sup> *supra c. 19.*  
 duplici methodo æqui bonique <sup>num. 11. 12. &</sup> *sequentib.*  
 constituendi tradidimus, ex quibus decerpere poteris locos communes, pro confirmatione & totidem pro argumentis, vt ab auctoritate, ab octo speciebus iuris, diuini, naturalis, gentium, Pontificij, ciuilis, consuetudinis, honestatis, necessitatis. Si sit secundum vel contra id, quod honestum, iustum, possibile, secundum vel contra naturam, consuetudinem patriæ: conueniens vel repugnans tempori vel loco, necessarium, vel superfluum, manifestum, vel dubitabile, vtile vel damnosum. Et si longius vis progredi, sequere vniuersas cellulas speculi nostræ artis mirabilis, quas in Reipublicæ cōmodum transtulimus ad iurisprudentiam, in hūc libellum artis iuris, ea serie & ordine,

H s quo

quo proposuimus in Syntaxeon, lib. 2. cap. 1. repetendo à principio istius libri, vsque ad calcem. Miraberis sat scio, si ingrato non sis animo, tantam copiam, quæ tibi inde magnificè accedet: dabis tamen Deo gloriam omnem, & ad vtilitatem eius Reipublicæ Christianæ, nō ad ostentationem veteris: mihi magna merces, Deo omnia, à quo processerunt, quæ in his bona referri, videre & audire. Cognosces inde, & vt redeamus in viam, dialecticam, & rhetoricam in iure examinando, in æquo bonoq; constituendo, & repurgando, vim magnam exere, & lucem iuriconsulto adferre.

a videbis artem  
hanc à nobis bre-  
uiter & facile  
tractatam, lib.  
II. Syntaxeon.

¶ Poësi quamuis errores plu- res insint, tamen poëtas nouisse iuriscōsultum opere prætium est: inde enim haussisse etiam testi- monia antiquos legistatores ali- quando

quando<sup>a</sup>, paulò antè docuimus.<sup>a</sup> *vt in l. r. de  
rev. permitt. l. i.  
de contrahend.  
empt. in P. cum  
simil. vide qua  
annotamus, l. i.  
Syntax. c. 30.*

Et sapientissimi qui de poëticis  
seriò locuti sunt, primam quan-  
dam philosophiam, poëticam ef-  
se asserunt, quæ mores, quæ affe-  
ctiones edoceat, quæ res geren-  
das cum iucunditate præcipiat: &  
solum poëtam ipsum sapientem  
esse asseruerunt. Quamobrè Græ-  
corum ciuitates, ab ipso primor-  
dio eorum liberos in poëtica eru-  
dierunt, non nudæ vtrique volu-  
ptatis, sed castæ moderationis  
gratia, vt ait Strabo<sup>b</sup>. Multa de  
huius laude Cicero pro Archia  
poëta, & Plinius<sup>c</sup>. Et Fabius Quin-  
tilianus<sup>d</sup>, summos oratores tra-  
dit veterum poëmata, vel ad fi-  
dem causarum, vel ad ornamen-  
tum eloquëtiae adsumere. Verùm  
illorum authoritas ornat, non au-  
tem necessariò concludit: non e-  
nim, hodiè potissimum, sunt au-  
thorita

<sup>b</sup> Strabo lib. 2.  
Geograph.

<sup>c</sup> Plinius, lib.  
7. histor. c. 29.

<sup>d</sup> Quinti lib. 2.

a l. poeta de  
profess. & me-  
dic. lib. 10. C.

b Linus, in  
proemio histo-  
ria, & Polybius  
in 1.

thoritate legislatoris donati, nec  
leges carmine, ut olim aliquando  
factitatum, scribuntur: neque poe-  
ta, quemadmodum bonarum ar-  
tium professores, immunitate do-  
nantur<sup>a</sup>. Cæterum laudo pluri-  
mum nomothetam & iurisperi-  
tum, si sit historiæ studiosus: in-  
credibile enim est, quantum uti-  
litaris ex illa accedat, dum mores  
hominum & gentium observa-  
uerit. & leges, & quomodo Res-  
publicæ illorum fundatæ fuerint,  
quomodo perstiterint, & ob quas  
causas lapsæ sint: hæc quippe con-  
ijciens, suam, aliarum exemplo,  
vel constituet, vel emendabit, a-  
lieno periculo<sup>b</sup>. Non est quod  
hic moneam practicam scientiã,  
factiuam & actiuam, cognitam  
esse quoq; debere. Nam ab acti-  
ua, propria sunt quodammodo  
iuris subiecta, veluti scientia ciui-  
lis

his seu Politica, Ethica: Ethica de a *Ulpia. in l. f. cui lana, l. 68. de legat. 3. l. in pecuniā de vser.*  
 moribus, œconomica. de domo *b extant tituli, de re militari, in P. & 12. lib. C. de captivis, de veteranis, & si-*  
 regenda, quæ separatim sapius *miles de Cassr. pecul. qui mili-*  
 pertractanda, esse offerunt, & de *taro possunt, de milit. testa. &c.*  
 his iam quoque diximus, in libris *c extant tituli, de nauticariis, de navibus non excusandis, ne*  
 Syntaxeōn nostrarum 21. 22. 23. *quid oner. pub. imponatur, de naufragiis, lib. 11. C. de nautic. fœnore, in P. & C. ad legē Rhod. de lat. in P. & similes.*

6 Facturæ porrò practicæ sci-  
 entia, non ita scitu. necessariæ,  
 verum non omnino contemnen-  
 da ei qui iura populis dare vult,  
 vel data probè intelligere desi-  
 derat: de his enim omnibus iura  
 reddenda sunt quotidie, vt de la-  
 nificio<sup>a</sup>, militia<sup>b</sup>, nauigatione<sup>c</sup>,  
 agricultura<sup>d</sup>, venatione<sup>e</sup>, medi-  
 cina, & de aliis fabrilibus & me-  
 chanicis artibus<sup>f</sup>: quarū nos præ-  
 cipua capitula explicauim<sup>g</sup>, in  
 Syntaxeōn libris 24. 25. 26. 27. 28.  
 29. 30. 31. Tractamus & in perso-  
 narum  
*quent, lib. 11. C. vsque ad 12. & similes. c de venati, sera-*  
*rum, lib. 11. C. l. diuus pius, de seruit. rustic. prædior. cum similibus.*  
*f vt in l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & sequent. de adiut. edict. in P.*

narum distinctione, cum de illarum agimus differentia ratione artificiorum.

## De voluntate in iustitia perpendenda.

### Cap. 31.

- 1 *Iustitia quare dicta perpetua & constans voluntas.*
- 2 *Voluntas quid sit.*



**I**USTITIAE voluntas, constans & perpetua est tribuendi cuique quod suum est. Ideo habitum animi dixit eam Cicero, <sup>b</sup> qui communi utilitate cōservata suam cuique tribuit dignitatem: perpetua & immortalis iustitia <sup>c</sup>. Sic quantum ad habitum seu <sup>ex</sup>iv, iustitia immobi

<sup>a</sup> I. iustitia, de iustit. & iur. 9. & eod. tit. apud Iustinia.

<sup>b</sup> Cicero, de inventio. 2.

<sup>c</sup> Plat. *sermo de Reipubli. iustit. & cap. 1. Sapientia.*

mobiles & diurnos habet effectus, quòd autem ad *Act. de iur.* & dispositiones, est mobilis, vt alibi docuimus<sup>a</sup>. Iustitia in eo quòd re-<sup>a</sup> *diximus lib. 1. praeludiorum optimi iurisc.*  
 ctè dirigat voluntatem semper constans & perpetua, at in eo quòd <sup>cap. 3.</sup>  
 fit, non ita perpetua: neque tamen quia iuris minister, secùdum iuris voluntatem aliquando ius non distribuit, ideo dicitur minus iustitia, & ius voluntatis constantis distribuendi quod cuiusque est<sup>b</sup>. Sic enim vt fiat, iubet magistratui semper, sed sic semper <sup>b</sup> *1. penult. de iustit. & iur.*  
 magistratus non facit. Proinde legislatoris, & eius qui æquè facturus est voluntas, debet esse recta, vt si aliquando contingat, effectum non respondere bonæ voluntati, saltem ipse sua mercede nõ priuetur beatitudinis: & si malum præter sententiam & bonam intentionem contigerit, non ei impute



*cadere, cadentq̃,*

*Quæ sunt in honore vocabula, si  
volet usus,*

*Quem penes arbitrium est, &  
vis & forma loquendi.*

*Et iterum,*

*Multa ferunt anni venientes  
commoda secum,*

*Multa recedentes adimunt. Ne  
forte seniles*

*Mandenter iuveni paries, pue-  
riq̃ viriles,*

*Semper in adiunctis ævoq̃ me-  
rabimur aptis.*

*a Polybii, lib. 2. Refert Polybius<sup>a</sup>, post primum  
3. hisser.*

*foedus, quod inter populum Car-  
thaginensem & Romanum, sta-  
tim post eiectum Roma regium  
nomen, L. Iulio Bruto, & Valerio  
Coss. tantam Romanæ linguæ fa-  
ctam fuisse mutationem in suum  
vsque diem, ut etiam qui antiqui-  
tatis peritissimi essent, pleraque*

*non*

non nisi difficulter intelligerent. Immorandum non est in proferendis similibus exemplis, cum res per se plana sit: sed admonendi in eo sumus, habendam eius temporis rationem, quo verba dicta, scriptave fuere. Neque tamen verba legis captanda vel contorquenda sunt<sup>a</sup>: etsi mens<sup>a</sup> *l. penale. ad exhiben. in P.* de qua constat cum verbis pugnet, mentem sequi oportet<sup>b</sup>: nomen<sup>b</sup> *l. in ambig. de reg. iur. cap. intelligentia, de verb. signi. l. vbi est verborum, l. 22. de reb. dub. in P.* namque minima est pars orationis<sup>c</sup>, & intelligentia verborum<sup>c</sup> *Aristot. Peri Hermenias. d. c. intelligentia.* ex dictis & factis loquentium capienda est<sup>d</sup>. Sexto sermone & superioribus consideratis, hypotheseos breuiter referat, quam vocamus casum, retentis nominibus rerum, personarum, & negotiorum, prout à lege efferuntur. Si plures sunt & diuersæ partes, diuersas adferat hypotheses ordine textus. Ut probè fingatur

hypothesis, nota omittendas es-  
 ferationes, quæ firmare possunt  
 decisionem: & contrarias, etsi à  
 textu referantur. Sed purè pro-  
 ponendum quod factum est, vel  
 fingendum: ita tamen, vt ex ordi-  
 ne naturæ procedat, multa inter-  
 polatione rationum. Facto au-  
 tem proposito in modum simpli-  
 cis narrationis, quid statuendum  
 de eo esset, quæsitum esse à iuris-  
 consulto vel Cæsare, propone:  
 Dehinc adhibe decisionem legis,  
 pro solutione quæstionis: dein-  
 ceptq; inde vnum confice actio-  
 ma, vel thesim, seu regulā, quam  
 postea firmabis, primum iuribus  
 similibus, si quædam tibi ad ma-  
 num & in promptu venerint, in-  
 de rationibus, quas si non habeas  
 speciales, semper generales ac-  
 commodabis depromptas ex his  
 quæ abudè & vtiliter tradidimus  
 in

in-quæstione, de quo <sup>a</sup>, cùm de <sup>a</sup> *supra c. 11.*  
 duplici methodo æqui bonique <sup>num. 11. 12.</sup> *sequentib.*  
 constituendi tradidimus, ex quibus

decerpere poteris locos communes, pro confirmatione & totidem pro argumentis, vt ab auctoritate, ab octo speciebus iuris, diuini, naturalis, gentium, Pontificij, ciuilis, consuetudinis, honestatis, necessitatis. Si sit secundum vel contra id, quod honestum, iustum, possibile, secundum vel contra naturam, consuetudinem patriæ: conueniens vel repugnans tempori vel loco, necessarium, vel superfluum, manifestum, vel dubitabile, vtile vel damnosum. Et si longius vis progredi, sequere vniuersas cellulas speculi nostræ artis mirabilis, quas in Reipublicæ cōmodum transtulimus ad iurisprudentiam, in hūc libellum artis iuris, ea serie & ordine,

H      quo

quo proposuimus in Syntaxeon, lib. 2. cap. 1. repetendo à principio istius libri, vsque ad calcem, Miraberis sat scio, si ingrato non sis animo, tantam copiam, quæ tibi inde magnificè accedet: dabistamen Deo gloriam omnem, & ad vtilitatem eius Reipublicæ Christianæ, nō ad ostentationem vteris: mihi magna merces, Deo omnia, à quo processerunt, quæ in his bona referri, videre & audire. Cognosces inde, & vt redeamus in viam, dialecticam, & rhetoricam in iure examinando, in æquo bonoq; constituendo, & repurgando, vim magnam exerere, & lucem iuriconsulto adferre.

a videbis artem  
hanc à nobis bre-  
uiter & facile  
tractatam, lib.  
II. Syntaxeon.

§ Poësi quamuis errores plu-  
res insint, tamen poëtas nouisse  
iuriscōsultum opere prætium est:  
inde enim haussisse etiam testi-  
monia antiquos legislatores ali-  
quando

quando<sup>a</sup>, paulò antè docuimus.<sup>a</sup> *vt in l. i. de  
ter. permitt. l. i.  
de contrahend.  
empt. in P. cum  
simil. vide quæ  
annotauimus, l. i.  
19. Syntax. c. 20.*

Et sapientissimi qui de poëticis  
seriò locuti sunt, primam quan-  
dam philosophiam, poëticam ef-  
se asserunt, quæ mores, quæ affe-  
ctiones edoceat, quæ res geren-  
das cum iucunditate præcipiat: &  
solum poëtam ipsum sapientem  
esse asseruerunt. Quamobrè Græ-  
corum ciuitates, ab ipso primor-  
dio eorum liberos in poëtica eru-  
dierunt, non nudæ vtrique volu-  
ptatis, sed castæ moderationis  
gratia, vt ait Strabo<sup>b</sup>. Multa de  
huius laude Cicero pro Archia  
poëta, & Plinius<sup>c</sup>. Et Fabius Quin-  
tilianus<sup>d</sup>, summos oratores tra-  
dit veterum poëmata, vel ad fi-  
dem causarum, vel ad ornamen-  
tum eloquëtiae adsumere. Verùm  
illorum auctoritas ornat, non au-  
tem necessariò concludit: non e-  
nim, hodiè potissimum, sunt au-  
thorita

<sup>b</sup> Strabo, lib. 2.  
Geograph.

<sup>c</sup> Plinius, lib.  
7. histor. c. 29.  
<sup>d</sup> Quinti. lib. 10.

thoritate legislatoris donati, nec  
leges carmine, ut olim aliquando  
factitatum, scribuntur: neque poe-  
ta, quemadmodum bonarum ar-  
tium professores, immunitate do-  
nantur<sup>a</sup>. Cæterum laudo pluri-

<sup>a</sup> I. poeta de  
profess. & me-  
dic. lib. 10. C.

mum nomothetam & iurisperi-  
tum, si sit historiæ studiosus: in-  
credibile enim est, quantum uti-  
litis ex illa accedat, dum mores  
hominum & gentium observa-  
uerit, & leges, & quomodo Res-  
publicæ illorum fundatæ fuerint,  
quomodo perstiterint, & ob quas  
causas lapsæ sint: hæc quippe con-  
ijciens, suam, aliarum exemplo,  
vel constituet, vel emendabit, a-

<sup>b</sup> Linus, in  
proœmio histo-  
ria, & Polybius  
in 1.

lieno periculo<sup>b</sup>. Non est quod  
hic moneam practicam scientiã,  
factiuam & actiuam, cognitam  
esse quoq; debere. Nam ab acti-  
ua, propria sunt quodammodo  
iuris subiecta, veluti scientia ciui-

lis

his seu Politica, Ethica: Ethica de a *Vlpia. in l. si*  
 moribus, œconomica. de domo *cui lana, l. 68.*  
 regenda, quæ separatim sæpius *de legat. 3. l. in*  
 pertractanda, esse offerunt, & de *pecun. de vsur.*  
 his iam quoque diximus, in libris *b extant tituli,*  
*de re militari,*  
*in P. & 12. lib.*  
*C. de captiuis, de*  
*veteranis, & si-*  
*miles de Castr.*  
 Syntaxe<sup>on</sup> nostrarum 21. 22. 23.

6 Factiuz porro practicæ sci- *pecul. qui mili-*  
 entia, non ita scitu. necessariæ, *taro possunt, de*  
 verum non omnino contemnen- *milit. testa. &c.*  
 dæ ei qui iura populis dare vult, *c extant tituli,*  
 vel data probè intelligere desi- *de nauticariis,*  
 derat: de his enim omnibus iura *de nautibus non*  
 reddenda sunt quotidie, vt de la- *excusandis, ne*  
 nificio<sup>a</sup>, militia<sup>b</sup>, nauigatione<sup>c</sup>, *quid oner. pub.*  
 agricultura<sup>d</sup>, venatione<sup>e</sup>, medi- *imponatur, de*  
 cina, & de aliis fabrilibus & me- *nanfragiis, lib.*  
 chanicis artibus<sup>f</sup>: quarum nos præ- *11. C. de nautic.*  
 tipua capitula<sup>g</sup> explicauim<sup>9</sup>, in *seruore, in P. &*  
 Syntaxe<sup>on</sup> libris 24. 25. 26. 27. 28. *C. ad legē Rhod.*  
 29. 30. 31. Tractamus & in perso- *de lat. in P. &*  
*similes.*  
*d extant tituli*  
*de agrico. & cen-*  
*sit. de Colonis P. in*  
*lessin. de Colon.*  
*Thracum, & se-*

*quent. lib. 11. C. vsque ad 12. & similes. c de venatic. serua-*  
*rum, lib. 11. C. l. diuus pius, de seruic. rustic. pradior. cum similibus.*  
*E. ut in l. 23. 24. 25. & sequent. de adit. edict. in P.*

narum.



narum distinctione, cum de illarum agimus differentia ratione artificiorum.

## De voluntate in iustitia perpendenda.

### Cap. 31.

- 1 *Iustitia quare dicta perpetua  
& constans voluntas.*
- 2 *Voluntas quid sit.*



**I**USTITIAE voluntas, constans & perpetua est tribuendi cuique quod suum est. Ideo habitum animi dixit eam Cicero, qui communi utilitate conservata suam cuique tribuit dignitatem: perpetua & immortalis iustitia. Sic quantum ad habitum seu *ex*, iustitia immobi-

a. *Iustitia, de iustit. & iur. 6. q. eod. tit. apud Iustinia.*

b. *Cicero, de inventio. 2.*

c. *Plat. sermo de Reipubli. iustit. & cap. 1. Sapientia.*

mobiles & diuturnos habet effectus, quòd autem ad *δικαιοσύνην*, & dispositiones, est mobilis, vt alibi docuimus<sup>a</sup>. Iustitia in eo quòd rectè dirigat voluntatem semper constans & perpetua, at in eo quòd fit, non ita perpetua: neque tamen quia iuris minister, secundum iuris voluntatem aliquando ius non distribuit, ideo dicitur minus iustitia, & ius voluntatis constantis distribuendi quod cuiusque est<sup>b</sup>. Sic enim vt fiat, iubet magistratui semper, sed sic semper magistratus non facit. Proinde legislatoris, & eius qui æquè facturus est voluntas, debet esse recta, vt si aliquando contingat, effectum non respondere bonæ voluntati, saltem ipse sua mercede nõ priuetur beatitudinis: & si malum præter sententiam & bonam intentionem contigerit, non ei impute

<sup>a</sup> diximus lib.

<sup>1.</sup> præludium

optimi iurisc.

cap. 3.

<sup>b</sup> l. penult. de

iustit. & iur.

a *ferè tota q. 5. imputetur<sup>a</sup>, vel non ita feuerè, causa 32. in decreto Gratian. & ac si consultò vel malitia fecisset, 35. q. 1. can. 1. 2. 3. puniatur, vt latè explicamus in 4. 5. d. 1. vimpus- criminibus perpendendis. sam. ad. leg. Lut. de adult. l. qui*

2. Voluntas est animi modus  
a *aliquid imitandum, vel non in P. J. diuus, ad leg. Cer. de fca- imitandum vel adipiscendum, se- cundum D. Augustinum<sup>b</sup>. Et quia*  
*omni, de vita & honest. cleric. voluntas bona interdum infirma*  
b *D. Augusti. propter ignorantiam, vt carnis*  
*lib. 1. retrahat. infirmitas ex concupiscentia, quæ*  
*& in princip. ab vtraque fiunt, & imputantur*  
*35. quest. 1. ad pœnam peccata<sup>c</sup>. Voluntas vt*  
c *d. can. 1. 15. q. 1. & l. 1. de leg. plerunq; in hominibus bona est,*  
in P. *liquidem rationis sunt participes:*

& conscientia etiam impijssimis eorum quæ recta sunt, monentur. Verùm bonæ voluntati non consentiunt, sed cupiditatibus superantur. Quare qui voluerit probe iuris artem exequi, se debet purgare ab omni affectu appetitus inferioris, & ita non errabit aut parum.

parum fallitur. Exigitur & in iure tractando & perdiscendo, voluntas & studium alacre, vt Iustinianus notat <sup>a</sup>: qui & dicauit institutionum iuris ciuilibus cupida legum iuuentuti.

<sup>a</sup> in §. fin. in  
procentio instit.

## De virtute iuris præcipua. Cap. 32.

- 1 *Virtus præcipua iuris est iustitia, censurâq; aliarum: atque inibi multa de laude ipsius ex Cicerone.*
- 2 *Omni & cuicunque homini iustitia necessaria est.*



**V**IRTUS præcipua iuris est iustitia <sup>b</sup>, de <sup>c</sup> *l. i. de iustit. & iure.* qua sæpius sermonē fecimus, scientia fugiendorum, eligendorum & mendiorum <sup>c</sup>. Et vt ius, æquum bonumq;

<sup>c</sup> Dioge. Laërtius, in Zenone, lib. 7.

numq; perfectissimum, ita hæc  
virtus illius æqui boniq; perfe-

a *§. 1. ut omnes  
obediant indic.  
in athenis.*

ctissima<sup>a</sup>: quæ optimè reliquas  
virtutes discernit, fouet, & remu-  
nerat, cùm virtutum præmia tri-

b *l. & virtu-  
tum, de statuis  
& imag. C. Cle-  
ment. cupientes,  
de pæn. l. 1. de  
infamia & inter-  
in P.*

bui merentibus conueniat<sup>b</sup>: hæc-  
que censura aliarum est, nō enim  
aliæ perpetuò integræ sunt: sed in  
prudencia, interdum malitia: in  
fortitudine, iracundia: in tempe-  
rantia, impietas: quæ emendat iu-

c *D. Ambros.  
in Exameron.*

stitia<sup>c</sup>, virtus omnium domina,  
& regina virtutū, vt ait Cicero<sup>d</sup>.

d *Cicer. 3. offic.*

Omnium virtutum causa, atque  
sentina<sup>e</sup>. Splendor virtutis ma-  
ximus, ex qua viri boni nominan-  
tur: cuius primum munus est, vt  
ne cui quis noceat, nisi laceffites  
iniuria: deinde vt communibus  
pro communibus vtatur, priuatis  
autem, vt suis<sup>f</sup>. Partes eius, non  
violare homines.

e *Cicero, 1. de  
legibus.*

f *Cicero, 1. offic.*

2 Hæc solitario homini etiā  
necessa

necessaria; & in agro vitam de-  
 genti, iis etiã qui vendunt, emũt,  
 conducunt, locant, contrahen-  
 disq; negotiis implicantur, neces-  
 saria, aliisq; omnibus: vt nec illi  
 quidem qui maleficio & scelere  
 pascuntur, possint sine vlla parti-  
 cula iustitiæ viuere<sup>a</sup>. Huius ea-<sup>a</sup> *Cic. 2. offic.*  
 dem vis, qualis veræ philosophiæ:  
 quia vera philosophia & non fi-  
 cta, legalis siue civilis est scientia,  
 vt ait Vlpianus<sup>b</sup>: vt maxima in-<sup>b</sup> *Vlpia. l. 1. de*  
 ter virtutes, & de moribus sapien-<sup>c</sup> *instit. & iur.*  
 tia, vt tradunt Plutarchus<sup>c</sup>, & *Plutarch. in*  
 Plato<sup>d</sup>. Sed de hac plura in su-<sup>d</sup> *Solone.*  
 perioribus dicta sufficiant. *d Plato, in Hip-  
pia maiore.*

## De veritate in iure scruta- tanda. Cap. 33.

*1 Legis definitio ex Platone, &  
 cur in iudicio tot præcurramus  
 solennia.*

I 2 Verita

- 2 *Veritatem, matrem iustitiae, dixisse Baldum.*
- 3 *Filiis regum Persarum anno decimoquarto eligi ex omnibus Persis quatuor praecipuos praestantissimos.*
- 4 *Veritas quid sit.*
- 5 *Nox latronum est, lux autem veritatis.*
- 6 *Veritatem non continuo ab omnibus agnosci, quod probat ab exemplo sui, & ab auctoritate Maximi Tyri.*
- 7 *Fictio quid sit.*
- 8 *Fictio de impossibili nunquam admittitur.*
- 9 *Duo requiruntur in fictione iuris, scilicet fictum, & id ratione cuius fingitur.*
- 10 *Fictio, similitudinem veritatis tantum refert.*
- 11 *In fictionibus, mentem adhibendam.*

Fictio

12 *Fictio fit super certo, non autem de incerto.*



**P**ATO legem definit<sup>a</sup>, vt sit, νόμος, <sup>7<sup>a</sup> Plato, in Mi-</sup> νόμος ἀρετης, verita-  
tis inuentio: dum in-

uenta est veritas, figendum ibi iudicium, cum æquitatē: quia in iudicio veritatis, nō est iniquum, sed fortitudo, regnum, maiestas, & potestas omnium æuorum<sup>b</sup>. <sup>b. 1. Esdrae, c. 4.</sup>

Sic iussit Deus eligi iudices ex omni plebe, in quibus esset veritas<sup>c</sup>. <sup>c. Exod. c. 17.</sup>

Quare conditor legum Iustinianus, rectē se veritatē colere profiteretur, eaq; contemplari quæ re ipsa sunt<sup>d</sup>. Et verus & Antoni.<sup>d</sup> Iustinian. in  
CC. iubent examinari omnia <sup>d. 1. de dedit. li-</sup> <sup>beria tollend. lib.</sup> tam publica quàm priuata, ino-  
numenta: vt inueniatur rei veri-  
tas<sup>e</sup>. Hacq; ratione in iudiciis  
tot præcurrunt solemnia, proba-  
<sup>e. l. 1. de eden.</sup> <sup>lib. 2. C. lit. 1.</sup>

I 3 tiones



tiones testium, instrumentorumque, tot dilationes, exceptiones, & replicationes permixtae, & huiusmodi plura, ut ad veritatem iter

a *can. indicantem, 30. q. 5. Constat finis, in l.*

*indices, l. 60. de iud. lib. 3. C. tit. 1.*

b *Valerian. & Galien CC. in l.*

*1. plus vale. quod agitur, lib. 4. C. tit. 22.*

c *Modest. in l. 3. de reffitut. in integr. lib. 4. P. tit. 1.*

d *l. si fideiusfor, §. meminisse de legat. 1. P. §. iudicium, quia veritas cotruit in semel qui manumit. non poss. apud Iustinia.*

e *Esaiæ, c. 59.*

f *Psal. 145.*

g *Bald. in l. libertatem, de statu h. u.*

fiat<sup>a</sup>. In contractibus spectamus veritatem<sup>b</sup>, & in aliis iuris negotiis, quæ fictionem iuris non admittunt. Et Modestinus iustitiam causarum restitutionis ponit in examinatione facienda, an veræ sint<sup>c</sup>. Ut & alibi verum pro iusto vsurpatur<sup>d</sup>: propterea quod fundamentum videatur iustitiæ, ut immuit locus apud Esaiam<sup>e</sup>, iustitia, inquit, longè stetit, & quieuit iudicium, quia veritas cotruit in plateis, ideo æquitas non potuit ingredi. Et David<sup>f</sup>, qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriis patientibus, dat escam esurientibus.

2 Baldus veritatem matrem iustitiæ dixit<sup>g</sup>.

Plato

3 Plato<sup>a</sup> tradit, filiis regum Persarum, anno 14. eligi ex omnibus Persis præceptores præstantissimos quatuor: sapientissimū, iustissimum, temperantissimum, fortissimū. Primum ei Zoroastri magiam docere, & quæ ad religionem pertinent, & instituta regia: secundum admonere, vt in omni vita sit verax: tertium, cupiditates superare: quartum impudum eum reddere. Veritas consuetudinem pro iure obseruatā, emendat, dum eam non consuetudinis ius, sed antiquum errorem esse detegit<sup>b</sup>.

4 Veritas porrò est, cuiusque rei sicuti est exhibitio, & intelligentia. Sic enim nos definiuimus<sup>c</sup>, lucem rei, scilicet, qua res quæ sit, apparet.

καὶ τὸν δὲ ἡ φύξις, τῆς δ' ἀληθείας

τὸ φῶς<sup>d</sup>. id est,

<sup>b</sup> can. consuetudo, 8. dist. c. fl. de consuet.

<sup>c</sup> lib. 4. Syntaxi cap. 8. vbi de ea, & latè proprio commentario.

<sup>d</sup> Euripides in Iphigenia in Tauris act. 4.

5 *Latronum enim, nox est: veritatis autem, lux.*

a *cano. graec.*  
33.9.9.

Constans sibi veritas & immutabilis, etsi aliquando lateat: & sæpius exagitata, magis ac magis splendet: non tamen continuò ab omnibus agnoscitur.

b *Phil. Stratus*  
*lib. 6. de vita*  
*Apollo. cap. 5.*

6 Nam, etsi miraculorum ostentatione, ut ait Philostratus, vel violenta arte, ad sui cognitionem non egeat veritas: tamen non omnibus illius vis, & diuina natura, nuda & aperta est. Non secus, quàm accidit metallorum fossoribus, secundum Maximum Tyrium, qui cum terrâ ipsi proscindant, atque aurum effodiant, minimè tamen sufficiunt, ad auri naturam agnoscendam, atque eos reijcere huiusmodi negotium oportet, ad eos qui igne aurum probant. Et ut metallorum, sic veritatis cōperimus venâm, quæ  
diucs

c *Maximum Ty-*  
*rium, sermo. 1.*

diues & longissima existēs, aliam  
 nihilominus artem exposcit, quæ  
 rudem, vt ita dicam, materiam  
 excoquere possit. Cape exemplū  
 à vulgo, à rusticis, & aliis amussis  
 hominibus, quos si loquentes au-  
 dias, intelliges eos sæpè rationes  
 optimas adferre: & olitor quan-  
 doque verba oportuna loquutus.  
 Verū ea quæ ab istis dicuntur,  
 habent aliquas fæces terrenas,  
 quas ipsi non norunt purgare, &  
 ita suis rationibus nesciunt inhæ-  
 rere: quæ si apud aliquem, qui iu-  
 ris artem nouerit, promantur,  
 splendidæ, defæcatæ, & vtiles red-  
 duntur. Et ego cū in subselliis  
 Senatus Tholosani causas clien-  
 tulorum defendendas & inspicien-  
 das subirem, sæpè à rusticis huius-  
 modi, quorum intererat, despera-  
 tas, & à ratione, vt videbatur, pri-  
 mum alienas lites, remedium ali-

I s quod,

quod, & litigandi iustam causam didici. Et qui huic muneri operam impendunt, sæpè id ipsum re ipsa comprobasse, si verum fateantur, testabuntur. Quid enim prohibet in fodinis rationum in mente, ab omnibus, rationes inueniri? imò interdum in rusticis, & aliis artificibus, rationes copiosiores sunt, sed magis confusæ, quò plus eas nō exercent, potius intenti corporeis, quàm spiritualibus: similes illis qui cum fodinas auri possident, malunt glebam exiguam ad radices earum, vel circa eas positam, a sellis colere, quàm labore saxi præscissis, venas opulètas & dites persequi. Purgatur vel eruitur maximè veritas, disputando & ratiocinando, est interdum & tam perspicua veritas, vt eā conuellere nulla res possit, aliquando autem adhibenda

a Archadius in  
l. munerum, l. 18.  
§. mixta, de mu-  
nerib. & honor.  
lib. 50. P. 214. 4.

benda est interdum vis veritati,  
 vt eruatur<sup>a</sup>. Nec nos moueat,  
 quod sæpè in iure fictio, quæ à ve- *Cicero præ  
 Quinctio.*  
 ritate aliena est, recipiatur: nam  
 fictiones istæ non officiunt veri-  
 tati naturali, hoc est, non efficiūt  
 vt natura ideo vincantur à fictio-  
 ne, si concurrat cum ea: nam ve-  
 ritas præfertur<sup>b</sup>.

7. Sed fictio, est quædam res  
 ex placito præsupposita demon-  
 strationis causa, ad indicandam  
 rationem iuris constituti & æqui-  
 tatis dispositæ: vt inde, veluti ex  
 exemplo eius quod potest esse, &  
 tamen non est, id quod est, vel fit,  
 intelligatur, quod ordinario iure  
 solet ei rei, quæ fingitur, inherere:  
 & quæ nihilominus, etsi illa res  
 cui adhærere solet non sit, cōcedi  
 & fieri potest. Ex placito præsup-  
 ponitur res, veluti occasio eius  
 quod fieri debet. Quemadmodū  
 Domi

*b l. filio quem  
 pater, de liber.  
 & postum. P.*

Dominus noster IESVS CHRISTVS, vt discipulos pergentes ad Emaus, dubitantes de resurrectione, erudiret, finxit se esse peregrinum, & sibi longius eundū, vt ea arrepta occasione, discipulos instrueret<sup>a</sup>. Fingimus, id est, præsupponimus in iure decisso explicando, factorum speciem & hypotheses, vt decissionē dilucidiorē reddamus. Ita placitum hoc præsuppositum, non est quidem aduersum veritati, sed præter veritatem realem, eius tamen quod esse potest.

8 Si quidem fictio de impossibili, nunquam admittitur<sup>b</sup>: veluti in locatione, quæ ad certum tempus facta, finito tempore, & patiente domino conductorem esse in relocata, videtur renovata tacite fictione iuris<sup>c</sup>: scilicet si consensus sint capaces qui cōtra-

xissē

<sup>b</sup> Barth. in l. Gallus, §. si eius, de liber. & posthum. in P.

<sup>c</sup> l. item quæritur, l. 14. §. qui impleto, locat. in P.

xisse censentur. Alioquin si illo tempore dominus, vel furere cœperit, vel mortuus fuerit, non censetur cōtinuata locatio <sup>a</sup>: etenim <sup>a</sup> *l. qui ad certum tempus, l. 15. eod.*

impossibile est eum præsūmi consentire velle, expressè, vel tacitè, qui mēte carer <sup>b</sup>, & mortuus est. <sup>b</sup> *l. in negotiis, de regn. iur. cum similib.*

Sic nouatio, quæ trāsfundit priorem, in alteram, obligationem fictione iuris, si sub conditione fiat, & pendente conditione persona promissoris fuerit deportata, nec postea conditione adueniente restituta, nō consequitur effectum: quia tunc cū extiterit conditio, non est persona quæ obligetur.

Neque fictio habet locum, nisi inueniat rem, super qua figat pedem, & cui hæreat <sup>c</sup>. <sup>c</sup> *Ulpia. in l. quoties, l. 14. de nouatio. lib. 40. P. tit. 2.*

9 Quò fit, ut in fictione iuris duo sint: fictum, & id ratione cuius fingitur. Fictum nihil obest nec prodest, & nihil est, sed expli-

cat



cat similitudine sua quod fit: id  
autem cuius gratia fingitur, exi-  
stit, & æquum est, alioquin non

*a Papin. in l. nec vtilem, l. 20. ex quib. caus. maior. lib. 4. P. tit. 6.* admitteretur. Sic Papinianus \* in  
vtili actione, quæ datur ex fictio-  
ne iuris, tradit, nec vtilem ei tri-  
bui actionem oportere: cum sit

iniquissimum auferre dominium,  
quod vsus non abstulit. Neque,  
quod factum est, fingitur non fa-

*b l. in bello, §. factum, de capti- uis, in P. l. de- nique, ex quibus caus. mai. in P.* ctum: quia veritas illa non potest  
mutari<sup>b</sup>, sed quod non factum  
est, & fieri tamen potest, fictionē  
admittit. Et ita in decem, prædi-

camentis, substantia, quantitate,

*c. Lucas de Pen- na, in l. vnic. de celo. Thracensi. lib. 11. tit. 51.* qualitate, &c. habere locum fi-  
ctionem iuris, probari satis abunde  
Lucas de Penna, quem consule<sup>c</sup>.

*d Albericus de Rosa. in distio- nario, in verbo fictio, vide su- præ, &c.* Et Albericum, qui eadē scribit<sup>d</sup>.  
10 Fictio similitudinem ve-  
ritatis tantum refert, nec ultra

*e l. cum hares, §. si trien- nio, de stat. lib.* quam possit operari veritas, effe-  
ctus exerit<sup>e</sup>.

In

In omnibus tamen fictio-  
 nibus, mentem adhibe, vt æqui-  
 tatem obserues: & si plures fictio-  
 nes circa idem concurrant, ex eo-  
 dem fonte æquitatis proceden-  
 tes, æquiores delige, aliam omit-  
 te: si ex diuersis, vtranque con-  
 currere posse puta<sup>b</sup>: non secus  
 quàm, quando altera per conse-  
 quentiam alteri accedit<sup>c</sup>. Quod  
 si plura de fictione requiris, habes<sup>c</sup>  
 authores qui tibi plenius satisfa-  
 ciant. Bart. in l. si is qui pro em-  
 ptore, de vsucap. in II.<sup>d</sup> & Bald.  
 in l. siue possidetis, de probatio. C.  
 Interim axioma hoc retine, veri-  
 tatem oppositam in eodem sub-  
 iecto, & eadem causa tendenti-  
 bus ad eundem finem, præferri  
 fictioni, vt diximus: si tamen di-  
 uersum finem respiciat, vnaquæ-  
 que in suo fine præferatur alteri<sup>f</sup>.  
 Stat enim veritas, & fictio sua  
 æquita

<sup>a</sup> vt in l. 1. de  
 dot. promiss. C.

<sup>b</sup> vt in l. singu-  
 laria, de rebu-  
 credit. in P.

<sup>c</sup> § si hostibus,  
 quibus mod. ius  
 par. potest. so-

lvi. ap. Iustinia.  
 l. si sub conditio-  
 ne, de solut. in P.

<sup>d</sup> & idem Bar.  
 in d. l. nec riti-  
 lem, ex quibus

caus. maior.  
<sup>e</sup> l. 1. plus va-  
 lere quod agit.

Bald. in l. 3. col.  
<sup>3</sup> in verbo, &  
 confirmatur, C.

de hered. instit.  
<sup>f</sup> l. filio, & ibi  
 Bartol. de liber.

& posthum.

a l. i. de adoptio. §. i. & §. minorum, de adoptio. ap. Iustin. b l. cum in adoptio, C. eod. tit. de adoptio. c glos. in l. vni. §. accedit, in verbo presumitur, de rei vxor. act. C. glo. ipl. penul. in verb. presumitur, de eo quod

æquitate gaudet: vt adoptati filij, filij dicuntur, & fiunt legitimi<sup>a</sup> iuris fictione, & nihilominus veritas naturalis remanet<sup>b</sup>.

12 Fingitur & super certo, alioquin si de incerto, est præsumptio dicenda, non fictio<sup>c</sup>.

De gloria & laude, quæ  
iuris arte accedit  
habitis & iuris  
Cap. 34.

thor confirmat exemplo Iani  
Regis Thufcia, Didonis, No-  
achi, Comeri Galli, Nini filij  
Beli Regis Babilonie, Thy-  
fconis Gigantis, Iubal, & Sa-  
motes, &c.

6 Tempore Octauij, Hispanos af-  
firmasse se habuisse literas, le-  
ges, & carmina, iam ante sex  
millia annorum Ibericorum.

7 De authoribus Academiarum,  
gymnasiorum, & collegiorum  
plura meminit author.

8 Leges Athenienfium de peda-  
gogorum institutione.

9 Defiderium authoris de Aca-  
demijs, & de fcholafticis eru-  
diendis, & quomodo.

qui in confortio aduo-  
sociantur.

Tharcenfis, prece-  
ris Augufti, fuis  
Tharfen cinitatem

K vecti

veſtigalibus liberauit.

12 *M. Antonius philoſophus Imp. Frontoni præceptore ſuo, in ſenatu ſtatuum petijt: necnon & alium Proculum in præconſulatum euexit.*

13 *Meminit author & aliorum plurium Imperatorum & Rabinorum, qui ſuos præceptores magnis muneribus & honoribus dignati ſunt.*

14 *Album ſeu mairicula, primum inſigne ſcholaſticorum in Academia.*

15 *Baccalaureatus, alterum inſigne ſcholaſticorum in Academia, quo qui inſigniantur, Græcè vocantur λυτοί, id eſt, ſoluentes, &c.*

16 *Tres gradus ſtudij apud Pythagoreos fuiſſe, nempe ἐχρηδία; cuius diſcipuli dicebantur ἐκχρηδοί, deinde μαθηματικοί,*

μαθητοὶ, id est, disciplinis vacantes: postremo φυσικοὶ, id est, naturales.

17 Harpocrates sua Philosophia filere tantum docuit.

18 Licentiatus, qui ἑπολύτος Gracè dicitur, est secundum insigne, seu secundus gradus in Academiis.

19 Quare licentiati certamen intraturi, vestito purpurea seu rubea induuntur.

20 Vestis illa rubea, quare sic sine manicis.

21 Quare certamine peracto, extorantur Epomide.

22 Apud Hebraeos Iudeos, magistrorum seu doctorum tituli dignitatis varij.

Rab, tribuebatur sapientibus, & doctoribus Babiloniae ibid.

Rabi, sapientibus terre Israel. ibid.

K

Rabban

*Rabban vel Rabbana, sapientibus domus David. ibid.*

*Mar sine Mor, sapientibus terra Babilonia, qui simul essent exulum principes. ibid.*

*Princeps apud eos dicebatur, Rese Galutha Echmalotarcha. ibidem.*

*Rabi maior, quam Rab: Rabbana magis, quam Rabi: Mar, magis quam Rabban. ibidem.*

23. *De varia consuetudine examinandarum licentiarum.*

24. *Sine solemnitate doctores creari posse.*

25. *Insignia doctoratus, Pileus, seu birretum, cuius analogiam & ethymologiam tradit auctor.*

*De PHRIGIO, CORONA, & MITHRA, Pontificis, regis, & Episcopi. ibid.*

*De PETASO Archadico,*

&

& CAUCASIA, seu specie  
Pileiregij Persarum Regum.  
ibidem.

26 De TIARA, summi hono-  
ris insigne apud Assyrios.

Apud Romanos libertatis in-  
signe tegmen capitis, PI-  
LEVS. ibidem.

Quare in doctore creando, ca-  
put potius exornetur, & co-  
ronetur.

De apice sericeo purpureo do-  
ctorum iuris civilis: violaceo,  
iuris Romani: albo Theolo-  
gie: viridi medicina: nigro,  
artium, symbolum auctoris  
sanè utile.

27 De anulo dato doctoribus in  
quibusdam academiis.

28 De cathedra seu suggesto dato  
pro insigniis doctori.

29 De significatione libri aperti &  
postea clausi, doctori dato pro

K 3 insig



Dominus noster IESVS CHRIS-  
TUS, vt discipulos pergentes  
ad Emaus, dubitantes de resurre-  
ctione, erudiret, finxit se esse pe-  
regrinum, & sibi longius eundū,  
vt ea arrepta occasione, discipu-  
los instrueret<sup>a</sup>. Fingimus, id est,  
præsupponimus in iure decisso  
explicando, factorum speciem &  
hypotheses, vt decisionē diluci-  
diorem reddamus. Ita placitum  
hoc præsuppositum, non est qui-  
dem aduersum veritati, sed præ-  
ter veritatem realem, eius tamen  
quod esse potest.

8 Si quidem fictio de impos-  
sibili, nunquam admittitur<sup>b</sup>: ve-  
luti in locatione, quæ ad certum  
tempus facta, finito tempore, &  
patiente domino conductorem  
esse in re locata, videtur renoua-  
ta tacite fictione iuris<sup>c</sup>: scilicet si  
consensus sint capaces qui cōtra-  
xisse

<sup>a</sup> Luc. 24.

<sup>b</sup> Barth. in l.  
Gallus, §. si eius,  
de liber. & post-  
hum. in P.

<sup>c</sup> l. item qua-  
ritur, l. 14. §. qui  
impleto, locat.  
in P.

xisse censentur. Alioquin si illo tempore dominus, vel furere coeperit, vel mortuus fuerit, non censetur cōtinuata locatio<sup>a</sup>: etenim impossibile est eum præsūmi consentire velle, expressè, vel tacitè, qui mēte caret<sup>b</sup>, & mortuus est. Sic nouatio, quæ trāsfundit priorem, in alteram, obligationem fictione iuris, si sub conditione fiat, & pendente conditione persona promissoris fuerit deportata, nec postea conditione adueniente restituta, nō consequitur effectum: quia tunc cū extiterit conditio, non est persona quæ obligetur<sup>c</sup>. Neque fictio habet locum, nisi inueniat rem, super qua figat pedem, & cui hæreat<sup>d</sup>.

9 Quò fit, vt in fictione iuris duo sint: fictum, & id ratione cuius fingitur. Fictum nihil obest nec prodest, & nihil est, sed explicat

<sup>a</sup> l. qui ad certum tempus, l. 15. eod.

<sup>b</sup> l. in negotiis, de regn. iur. cum simil.

<sup>c</sup> Vlpia. in l. quoties, l. 14. de nouatio. lib. 40. P. tit. 2.

<sup>d</sup> Bart. in l. necessario de pericul. & commod. rei vend. in P. fac. l. hinc scriptura, l. 15. ad leg. Aquil. in P.

cat

cat similitudine sua quod fit: id autem cuius gratia fingitur, existit, & æquum est, alioquin non

a Papin. in l. nec vtilem, l. 20. ex quib. caus. maior. lib. 4. P. tit. 8.

admitteretur. Sic Papinianus \* in utili actione, quæ datur ex fictione iuris, tradit, nec vtilem ei tri-

bui actionem oportere: cum sit iniquissimum auferre dominium, quod vsus non abstulit. Neque, quod factum est, fingitur non fa-

b l. in bello, §. facta, de captivis, in P. l. denique, ex quibus caus. mai. in P.

ctum: quia veritas illa non potest mutari<sup>b</sup>, sed quod non factum est, & fieri tamen potest, fictione admittit. Et ita in decem, prædi-

c Lucas de Penna, in l. vnic. de colo. Thracensi. lib. 11. tit. 31.

camentis, substantia, quantitate, qualitate, &c. habere locum fictionem iuris, probari satis abunde

d Albericus de Rosa. in dictionario, in verbo fictio, vide supra, &c.

Lucas de Penna, quem consule<sup>c</sup>. Et Albericum, qui eadē scribit<sup>d</sup>.

e l. cum hares, §. ... l. si triennio, de stat. lib.

10 Fictio similitudinem veritatis tantum refert, nec ultra quàm possit operari veritas, effectus exerce<sup>e</sup>.

In

In omnibus tamen fictionibus, mentem adhibe, vt æquiritatem obserues: & si plures fictiones circa idem concurrant, ex eodem fonte æquiritatis procedentes, æquiores delige, aliam omite: si ex diuersis, vtranque concurrere posse puta<sup>b</sup>: non secus<sup>a</sup> vt in l. 1. de dot. promiss. C. quàm, quando altera per consequentiam alteri accedit<sup>c</sup>. Quod<sup>b</sup> vt in l. singu- laria, de rebu- credit. in P. si plura de fictione requiris, habes<sup>c</sup> § si hostibus, quibus mod. ino- auctores qui tibi plenius satisfaciant. Barr. in l. si is qui pro em- pto, de vsucap. in Π. <sup>d</sup> & Bald. l. si sub conditio- ne, de solut. in P. in l. siue possidetis, de probatio. C. <sup>d</sup> & idem Bar. Interim axioma hoc retine, veri- tem, ex quibus tatem oppositam in eodem sub- caus. maior. iecto, & eadem causa tendenti- e l. 1. plus va- bus ad eundem finem, præferri- lere quod agit. Bald. in l. 3. col. fictioni, vt diximus: si tamen di- 3. in verbo, & uersum finem respiciât, vnaquæ- confirmatur, C. de harcd. instit. que in suo fine præfertur alteri<sup>f</sup>. f l. filio, & ibi Stat enim veritas, & fictio sua<sup>g</sup> Bartol. de liber. & posthum. æquita

a l. i. de adoptio. §. 1. & §. minorem, de adopt. ap. Iustin. b l. cum in adoptiois, C. eod. tit. de adopt.

c glos. in l. vni. §. accedit, in verbo præsumitur, de rei vxor. act.

C. glo. in l. penul. in verb. præsumptum de eo quod met. caus. P.

12 Fingitur & super certo, alioquin si de incerto, est præsumptio dicenda, non fictio<sup>c</sup>.

De gloria & laude, quæ ex iuris arte accedit nomothetis & iurifconsultis. Cap. 34.

1. Nihil sine virtute laudari posse.

2. Laus gloriæ.

3. Admonitio auctoris de gloria.

4. De privilegiis iuris peritorum in academiis, candidatis concessis.

5. Regum munus est, iustitiam docere, & reddere: quod auctor

thor

thor confirmat exemplo Iani  
Regis Thufciae, Didonis, No-  
achi, Comeri Galli, Nini filij  
Beli Regis Babiloniae, Thy-  
fconis Gigantis, Iubal, & Sa-  
motes, &c.

6. Tempore Octauij, Hispanos af-  
firmasse se habuisse literas, le-  
ges, & carmina, iam ante sex  
millia annorum Ibericorum.
7. De auctoribus Academiarum,  
gymnafiorum, & collegiorum  
plura meminit author.
8. Leges Athenienfium de peda-  
gogorum institutione.
9. Defiderium auctoris de Aca-  
demiis, & de fcholafticis eru-  
diendis, & quomodo.
10. De his qui in confortio aduo-  
catorum fociantur.
11. Sardonis Tharcenfis, prece-  
ptor Cafaris Augufti, fuis  
precibus Tharfem ciuitatem

K

vecti

veſtigalibus liberauit.

12 *M. Antonius philoſophus Imp. Fromoni præceptore ſuo, in ſenatu ſtatuum petijt: necnon & alium Proculum in præconſulatum euexit.*

13 *Meminit author & aliorum plurium Imperatorum & Rabinorum, qui ſuos præceptores magnis muneribus & honoribus dignati ſunt.*

14 *Album ſeu mairicula, primum inſigne ſcholæſticorum in Academia.*

15 *Baccalaureatus, alterum inſigne ſcholæſticorum in Academia, quo qui inſigniantur, Græcè vocantur λυτοί, id eſt, ſoluentes, &c.*

16 *Tres gradus ſtudij apud Pythagoreos fuiſſe, nempe ἐξευδία, cuius diſcipuli dicebantur ἐκσυχοί, deſinē μαθηματικοί,*

μαθητικοί, id est, disciplinis vacantes: postremo φυσικοί, id est, naturales.

17 Harpocrates sua Philosophia silere tantum docuit.

18 Licentiatus, qui ἑτερολύτος Græcè dicitur, est secundum insigne, seu secundus gradus in Academicis.

19 Quare licentiati certamen intraturi, veste purpurea seu rubea induuntur.

20 Vestis illa rubea, quare sit sine manicis.

21 Quare certamine peracto, exornantur Epomide.

22 Apud Hebraeos Iudeos, magistrorum seu doctorum tituli dignitatis varij.

Rab, tribuebatur sapientibus, & doctoribus Babilonie ibid.

Rabi, sapientibus terre Israel. ibid.

K

Rabban



*Rabban vel Rabbana, sapientibus domus David. ibid.*  
*Mar sine Mor, sapientibus terre Babilonia, qui simul essent exulum principes. ibid.*  
*Princeps apud eos dicebatur, Rese Galutha Echmalotarcha. ibidem.*  
*Rabi maior, quam Rab: Rabbana magis, quam Rabi: Mar, magis quam Rabban. ibidem.*

23. *De varia consuetudine examinandarum licentiarum.*

24. *Sine solemnitate doctores creari posse.*

25. *Insignia doctoratus, Pileus seu birretum, cuius analogiam & ethymologiam tradit auctor.*

*De PHRIGIO, CORONA, & MITHRA, Pontificis, regis, & Episcopi. ibid.*

*De PETASO Archadico, &*

& CAUCASIA, seu specie  
Pileiregij Persiarum Regum.  
ibidem.

26 De TIARA, summi hono-  
ris insigne apud Assyrios.

Apud Romanos libertatis in-  
signe tegmen capitis, PI-  
LEVS. ibidem.

Quare in doctore creando, ca-  
put potius exornetur, & co-  
ronetur.

De apice sericeo purpureo do-  
ctorum iuris ciuilis: violaceo  
iuris Romanorum: albo Theolo-  
gia: viridi medicina: nigro  
artium, symbolum auctoris  
sanè utile.

27 De anulo dato doctoribus in  
quibusdam academiis.

28 De cathedra seu suggesto dato  
pro insigniis doctore.

29 De significatione libri aperti &  
postea clausi, doctore dato pro

K 3 insig

insignis sui gradus. Exemplum mirabile de Hannina apud Hebraeos Iudeos doctore ac rectore Academia in suo oppido.

2a. Quam significationem habeat osculum pacis, quo doctor insignitus osculatur.

3a. De benedictione atque genuflectione.



Virtus ius contineat virtutis totius moderationem & naturam, & secundum Deum & virtutes, mores, vitam, & negotia disponat: haud dubium, si gloriam inde nos consequuturos speramus. Virtus quippe per se ipsa laudabilis, & sine ea nihil laudari potest: virtutem necessario gloria sequitur, tanquam umbra. Et propter virtutem, iure laudamur,

a Cicero, 2. de orator.

b Cicero, 1. Tusculan.

mur, & in virtute rectè gloria-  
mur: cōque digna gloriatione  
virtus, quia tantum præstat ex-  
teris rebus, vt dici vix possit quid  
interfit <sup>a</sup>. <sup>a</sup> Cicero, 3. de  
natur. deor.

2 Sic ex iustitia per iustitiā,  
ad iustitiam & gloriam perueni-  
tur, vt admonet his verbis Salo-  
mon <sup>c</sup>: Qui sequitur iustitiam, & <sup>c</sup> Prov. 8. 35.  
misericordiam, inueniet vitam,  
& iustitiam & gloriam. Et rur-  
sum <sup>d</sup>, Si sequaris iustitiam, ap- <sup>d</sup> Ecclesiastic.  
cap. 37.  
prehendes illam, & indues, quasi  
podêrem, honores, & inhabita-  
bis cum ea, & proteget te in sem-  
piternum, & in die agnitionis in-  
uenies firmamentum. Gloria hæc  
non vana, sed in domino, id est,  
quæ ad Deum referenda sit. Et ita  
David expressit <sup>e</sup>, Latamini in do- <sup>e</sup> Psal. 31.  
mino & exultate iusti, & gloria-  
mini omnes recti corde. Et vt in-  
habitet gloria in terra nostra, iu-  
stitia

a Psal. 84. can.  
disciplina, cano.  
omnis, cano. &  
qui emendat, &  
can. vera iusti-  
tia, 45. dist. n.  
b

b Luc. 17.

c Hieremia 9.  
ca. reuertimini,  
& can. aduci-  
mus, 16. q. 1.

stitia & pax osculatae sunt<sup>a</sup>. Ne-  
que enim sola iuris peritia, vel ra-  
tionis etiam cognitio, neque aequi-  
bonique dignotio, talia sunt quae  
nos gloriari de nobis ipsis permit-  
tant: serui enim inutiles sumus, &  
quum omnia quae nobis iussa sunt  
& imperata, fecerimus, solum  
quod debuim<sup>a</sup>, fecimus<sup>b</sup>. Verum  
gloria nostra in eo, quod volun-  
tas Dei illa omnibus cognita sit,  
& Deum authorem omnium in-  
genue profiteamur.

3 Sic, haec dicit Dominus<sup>c</sup>,  
non gloriatur sapiens in sapien-  
tia sua, & non gloriatur fortis in  
fortitudine sua, & non gloriatur  
diues in diuitiis suis: sed in hoc  
gloriatur qui gloriatur, scire &  
nosse me, quia ego sum dominus,  
qui facio misericordiam & iudi-  
cium, & iustitiam in terra. Haec  
enim placet mihi, dicit dominus.

Gloria

Gloria enim, ad Deum verè so-  
 lum referenda est <sup>a</sup>: ad alios, pro- <sup>a</sup> 1. Petr. 4. 2.  
 pter Deum. in quo, soleo ridere <sup>Corinth. 10.</sup>  
 magistrulos & pedissequos quos-  
 dam, rabulas forenses, & similes,  
 qui cum vix centum leges noue-  
 rint, nec eas quidem intelligant,  
 volunt dici Rabini, & omnibus  
 aliis præponi, vtpotè qui sibi vi-  
 deantur excellere: & sæpè obser-  
 uauimus, arrogantiam hanc & super-  
 biam, parum versatos, & scinlos  
 tantum inflare, & loquaces red-  
 dere. Vt nihil possit sine sua sen-  
 tentia decerni, phantasticè sibi  
 persuadeant. Similes vasis pau-  
 ca quædam continentibus, quæ  
 ubi vertere & versare incipias, in  
 promptu paucum quod habent,  
 proferre parata sunt: contra na-  
 turam vasorum, quæ plena; non  
 nisi ægrè fundunt humorem. Si-  
 cut periti, & quanto peritiores,

cò ad loquendum tardiores. Nò-  
 runt enim, quia apud se habitant,  
 quam sit sibi curta suppellex: dum  
 contemplantur tot Mxandros &  
 Euripos, quos illis tractare oport-  
 tuit, dùm vel longius a ciuem animi  
 dirigunt ad ea, quæ nec ipsi, nec  
 antecessores peritiores, potuerūt  
 explanare, & obscura reliquerūt.  
 Quò fit, vt in palestra tantarum  
 nubium exercitati, non temerè  
 quicquam ausint proferre, vel de  
 se quicquam altè & suprà alios  
 concipere, & ita minimè super-  
 biant: semper insatiabili animo,  
 & ad discendum prompti, & ad  
 alios disputantes & docentes au-  
 diendos parati, aliis de se, si quid  
 moreantur gloriæ, modestè iudi-  
 cium relinquētes. Mihi certè sem-  
 per nota certissima fuit ignoran-  
 tiæ, in his qui literas profitentur.  
 & iura, superbia & sui concepta  
 opinio,

opinio, & iactantia impudica. Conuenerunt me plures qui insigniendi erant ornamentis nostræ academix: ut eis patronus & author in augurationis graduum, ad discendorum essem, in quibus semper obseruauī, eos, qui certaminis literarij publici & priuati aciem timebant (etenim mos talis est in Cadurcensi academia, qualis & in Tholosana, publicè & priuatim certare de iure candidatos, priusquam infulis donentur) melius & doctius se in ea gessisse: contrā, eos qui tumidè & superbè mihi certamen se executuros pollicebantur, in media acie, si non in principio, exangues & vecordes, palinodiam tacitè coeuiſſe, & sæpius nostra ope, nostroq; clypeo indigniſſe. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Gloria vera

edno  
est,

<sup>a</sup> Ecclesiastici,  
cap. 10. Iacob. 4.



est, quæ ex factis & actis nostris  
aliorum ore, non proprio decan-  
tatur & seritur: quæ inuitis etiam  
nobis, si mereamur, cognoscitur,  
& perseverat. Quanto magnus

<sup>a</sup> Ecclesiast. c. 3.  
can. vide beni-  
gnum de panis.  
distinct. 1.

es, inquit. Sapiens<sup>a</sup>, humilia te  
in omnibus, & coram Deo inue-  
nies gratiam: quoniam magna po-  
tentia Dei solius, & ab humilibus  
honoratur. Et odibilis coram Deo  
& hominibus, est superbia<sup>b</sup>. Nec  
qui seipsum commendat, ille pro-  
batus est, sed quem Deus com-

<sup>b</sup> Ecclesi. c. 10.

<sup>c</sup> 2. Corinth. 10.

mendat<sup>c</sup>.

4 Proinde gloria iurisperi-  
torum, non Pharisaica est, sed re-  
stificata virtute, & peritorum ho-  
minum testimonio, & summè ho-  
norum privilegiis, scilicet sum-  
mi Pontificis, & regum, & prin-  
cipum. Pontifices Max. quia im-  
perium in vniuersum orbem ha-  
bent, vt pastores vniuersalis &  
catho

catholicæ ecclesiæ, priuilegium  
 dederunt academiis, vt suis pos-  
 sent candidatis titulis insignitis,  
 potestatem & licentiam conce-  
 dere suo nomine, vbique terra-  
 rum iura interpretandi, & facul-  
 tatem priuilegiis irrogatis vten-  
 di. Et ideo oportet cancellarium  
 earum ecclesiasticam gerere per-  
 sonam, cuius ministerio & bene-  
 dictione id fiat. Idipsum princi-  
 pes in suo territorio & regno fir-  
 mant & probant, aliaq; priuile-  
 gia, & immunitates, & dignita-  
 tes posse conferri statuerunt. Ma-  
 gna inde laus academiis meritò  
 accessit; ita à principibus eccle-  
 siasticis, & temporalibus, digni-  
 tate honoratis: veluti inibi illis  
 existentibus sacrosanctis sapien-  
 tiæ templis, & patribus ingenio-  
 rum, & consiliorum, si munere  
 suo rectè fungantur. Nec noua  
 hodie.

hodie scholarum dignitas, vel à tempore Francisci primi Regis Galliarum, qui certè splendorem restituit vniuersitatum, non autem instituit; vt plerique scioli sibi persuadent: sed ab omni ætate, & inter omnes populos, & gentes, perpetuò prima gymnasiis, doctrinarum præceptoribus, potissimum eis, qui æquum bonumq; tractare possent, delata est authoritas, primus honor, etià suprà monarchas & reges.

Regum namque munus est, iustitiam docere & reddere: quod nūc academiæ antistites docent. Ab initio, inquit Fabius Pictor<sup>a</sup>, principes, quia iusti erant, & religionibus dediti, iure habitidij, & dicti: Non enim arbitria eorum ab æquo, vel populus à iure innato discedebat. Nullo tunc vindice aut metu, sed sua sponte retine

<sup>a</sup> Fabius Pictor, de aureo seculo.

retinebant fidem & rectum, pudor ipse regebat populos, & ius principes<sup>a</sup>. Ianus in Thufcia 44.<sup>a</sup> *meminit & de his Ouid. 1. Metamorph. ibi sine recēs tellus, Ec. & 1. Fa-*  
 anno imperij Nini, Vetulonix iu-  
 ra dicebat, & docebat, regebatq;  
 authore Beroso<sup>b</sup>. Sic Dido quo-  
 que apud suos. Nam ita de ea  
 Virgilius<sup>c</sup>, *ego regnabam, Ec.*

*Tum foribus diuæ mediæ testu-*  
*dine templi* *b. Berof. lib. 5. deflorat. in Ni-*

*Septa armis, solioq; aliè subni-*  
*xa, refecit:* *c. Virgil. Aeneid. 1.*

*Iura dabat legesq; viris, ope-*  
*rumq; laborem,*

*Partibus equabat iustis, aut for-*  
*te trahabat.*

Noachus post cladem diluuij im-  
 perauit, & docuit diuinam & hu-  
 manam sapientiam<sup>d</sup>. Comerus<sup>d</sup> *Beros. lib. 2.*  
 quoque Gallus, qui primùm po-  
 suit colonias suas in regno, quod  
 postea dictum est Italia, quiq;  
 regionem à suo nomine cogno-  
 minauit,

minavit, docuit suos populos legem & iustitiam <sup>a</sup>. Tempore & Nini filij Beli 3. regis Babiloniae, Thuyfcon Gigas Sarmatas legibus formavit apud Rhenum: id ipsum fecit Iubal apud Celtiberos, & Samotes apud Celtas <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Berof. in 4.  
in Nino filio  
Beli.

<sup>b</sup> Strabo, lib. 4.  
de Betica agens.

6. Quod & Strabo <sup>c</sup> confirmat, referens suo tempore, quod erat tempore Octavij, Hispanos affirmare se habuisse literas, leges & carmina, iam ante, sex millia annorum Ibericorum, qui efficiunt duo millia solarium, quæ si retro supputes duo millia ab Octavio, pervenies ad 20. Nini. Iudicabat & consultus respondabat Moses, idemq; præfectus rex populi <sup>d</sup> Israëliti. Doccebant & principes eiusdem & imperabāt mortuo Mose, vnde iudices dicti <sup>e</sup>. Rursum is populus cum mutavit formam Reipublicæ, à

<sup>d</sup> Exod. 18.  
<sup>e</sup> Indic. cap. 2.

ex, à iudicium cura in regnum,  
 petiit dari regem sibi qui iura in-  
 terpretaretur & redderet, more  
 omnium gentium<sup>a</sup>. Quibus ver-<sup>a</sup> *1. Reg. cap. 3.*  
 bis, gentes alias regibus pro præ-  
 ceptoribus boni & æqui vñas fuis-  
 se in controuersis, apparet: Per-  
 farum quippè & rex ius dixit<sup>b</sup>, <sup>b</sup> *Athenens,  
lib. 12. cap. 3.*  
 Alexander quoque Magnus<sup>c</sup>, & <sup>c</sup> *Athenens lib.  
12. cap. 18.*  
 alij, quos alibi<sup>d</sup> recensuimus. Po-<sup>d</sup> *in lib. 2. præ-  
ludior. optimi  
in iscomf. cap. 6.*  
 pulis ita laus, dignitas, & glòria,  
 princeps potior fuit, qui iura red-  
 deret. Sed eò magis, quò sapien-  
 tiores & prudētiores æquioresq;,  
 præfecti fuerunt: tanquam mune-  
 re digni, quo pastores populorum  
 nominantur. Et diximus antea  
 imperatoriam esse artem, iuris  
 scientiam<sup>e</sup>. Et non solum legum <sup>e</sup> *§. 1. in proæ-  
mio P.*  
 lationem, sed etiam solius prin-  
 cipis, esse interpretationē<sup>f</sup>. Quan <sup>f</sup> *l. 1. C. de leg.*  
 do tamen principes, vel non po-  
 tuerunt omnibus superesse ob  
 multi

multitudinem populi, vel quando imperiti fuerunt sapientiæ, vel aliò occupati: in locum sui huius muneris causa sibi ministros parare decreuerunt. Primum illos, qui circa æquum & bonum cognoscendum perpetuò curam adhiberent, & ingenia ad illud informarent: & postea alios eruditos, qui illud dispensarent, indeque acciperent.

7 Munus certè regium, tunc professoribus iuris æqui boniq; concessum. Sic fuisse legimus antiquam academiã, iuxta Hebron

*a Iosue, cap. 13.*

*& ibi D. Hieronymus sic interpretatur. & An*

*ninus in commen.*

*in Xenophontis*

*librum de æqui-*

*noctis, cap. de*

*Prother.*

*b Berosus, in 4.*

*lib. c. de s. rege*

*Babilonia.*

Phœnicem urbem Cananæorum:

ut conuenit inter Hebræos do-

ctos, in ciuitate quæ dicebatur

Dabirithem, quæ prius dicebatur

Kyriat Sepher, id est, ciuitas lite-

rarum, ut legitur apud Iosuan<sup>a</sup>.

Meminit Berosus<sup>b</sup>, tempore quinti

regis Babiloniæ, regnasse apud

Celtas Sarronem, cumq; vt contineret ferociam hominum tum recentium, publica literarum studia instituisse, & apud Thuyfcones seu Germanos, Inghaëonem. Horum quanta fuerit authoritas, audiamus Diodorū scribentem.<sup>a</sup> *Didot. Siculi lib. 6.*  
 Sunt, inquit, apud Celtas Theologi ac Philosophi, quos vocant Sarronidas, qui præcipuè ab eis coluntur. Nam moris est apud eos, nullum absque Philosopho sacrificium facere: existimant autem per diuinæ naturæ conscios, sacra fieri oportere, tanquam diis propinquiore. Horum intercessionem bona à diis censent petenda, quorum consilio, & bello & pace fruuntur. Abrahamus leuita filius Dauidis in fine Cabalæ historicæ, tradit fuisse inter Iudæos academias. Et Geonim, id est Thalmudici iuris interpretes, Quorū



primus magister Hanina de Near  
 Pacod, postremus magister Hai  
 Gaon, qui obiit anno contractuū,  
 1359. mundiautem, 4798. qui est  
 Domini nostri I E S V C H R I -  
 S T I 1121. quo tempore, inquit,  
 habuerūt finem academix Geo-  
 nim, & earum academiarum in-  
 stituta, ad quas proficiscebantur  
 Iudæi ex Hispania, totoq; Occi-  
 dente, Africa, Ægypto, & terra  
 desiderij. Millequadringentis an-  
 nis ante aduentum Christi in Va-  
 lentia vrbe Hispaniæ, quæ nunc  
 vulgò Decarian, in Gallicia gym-  
 nasium generale floruit<sup>a</sup>. Quan-  
 tæ fuerit authoritatis collegium  
 Druidum, apud quos erudiebantur  
 iuuenes in Gallia, audi- Cæsa-  
 rem testem<sup>b</sup>. Druidæ rebus di-  
 uinis intersunt, sacrificia publica  
 ac priuata procurant: ad hos ma-  
 gnus adolescentium muneris dis-  
 ciplinæ

<sup>a</sup> *Franciscus Tarapha, lib. de re-  
 gibus Hispaniæ  
 in palatino.*

<sup>b</sup> *Cæsar, lib. 6.  
 commentario de  
 bello Gallico.*

ciplinæ causa concurrit, (Ecce a-  
cademiam) magnoq; ij sunt a-  
pud eos honore. Nam ferè de  
omnibus controuersis publicis  
priuatisq; constituunt: & si quod  
admissum est facinus, si cædes fa-  
cta, si de hæreditate, de finibus  
controuersia est, ijdem discer-  
nunt, præmia pœnasq; consti-  
tuunt. Si quis autem priuatus, aut  
populus eorum decreto non ste-  
tit, sacrificiis interdiciunt, &c. Et  
paulò post, ij certo anni tempore  
in finibus Carnutum, quæ regio  
totius Galliæ media habetur, con-  
sidunt: hunc omnes undique, qui  
controuersias habet, conueniunt,  
eorumq; iudiciis decretisq; pa-  
rent. Disciplina in Britannia re-  
perta, atque inde in Galliâ tran-  
sata esse existimatur. Audi immu-  
nitates, Druides in bello abesse  
consueuerunt, neque tributa vna  
L 3 cum

cum reliquis pendunt. Militiæ vacationem, omniumq; rerum habent immunitatem. Tantis excitati præmiis, & sua spontè multi in disciplinam conueniunt, & à propinquis parentibusve mittuntur, magnum ibi versuum numerum ediscere dicuntur: itaq; nonnulli annos videnos in disciplina permanent, &c. Ea; remansit authoritas usque ad principatum Tiberij Cæsaris, qui sustulit Druides, auctore Plinio<sup>a</sup>. Fuit apud Indos philosophiæ & prudentiæ gymnasium Brachmanorum, ad quod erudiendi mittebantur filij regum, & quod ipsi reges consulebant, & venerabantur: ut legimus, apud Philostratum<sup>b</sup>. Et Strabo quoque aliam refert<sup>c</sup> præceptorum Indorum sectâ, Germanum nuncupatorum, quorum tantus dignitatis honos, ut cum regibus,

<sup>a</sup> Plinius, lib. 10. cap. 1.

<sup>b</sup> Philostratus, de vita Apollonii 1.

<sup>c</sup> Strabo, lib. 15. Geograph.

bus, de causis rerum interrogantibus, per nuntios colloqueretur, & per illos diuina à regibus culta & placata. Maximusq; honor in summa, omnibus qui erudierunt mores semper habitus, vt bene- uiuendi ducibus. Quia & qui do- cti fuerint, fulgebunt, quasi splen- dor firmameti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates<sup>a</sup>, quemad- modum & ab illis totus mundus illuminatur, vt ait Federicus Cæ- sar<sup>b</sup>. Quare & aliquando locus ipse academiæ, tantæ maie- statis & honoris fuit, vt neque in illo apud Brachmanes auditori li- ceret loqui, sternutare, aut ex- creare: aut si faceret die illa coetu expelleretur, vt incontinens<sup>c</sup>. Et fama percrebuit Attica, nec ri- dendi quidem in academia pote- statem prauis fuisse: nam ab igna-

<sup>a</sup> Daniel. xix.  
fin. de magistris.

<sup>b</sup> in authentic.  
habita, ne filius  
pro patr. G.

<sup>c</sup> Strabo, lib.  
15. Geograph.

a. *Aelia. lib. 3.  
de varia hist. r.  
cap. 34.*

b. *Dioge. Laër-  
tius, lib. 5. in  
Theophraste.*

uia & iniuria purum, & inacces-  
sum hunc locum servare cona-  
bantur<sup>a</sup>. Sacrosancti & à censu-  
ra magistratum in scholarum  
gubernatione præfecti, & liberi  
in sufficiendis aliis & probandis  
peritis, etiam antiquitus habiti.  
Quod me docuit Diogenes Laër-  
tius: is enim scribit<sup>b</sup>, Quod So-  
phocles Amphiclidæ filius, Athe-  
nis legē promulgauerat, ne quis  
philosophus præficeretur scholæ,  
nisi id senatus populusq; decre-  
uisset: qui secus fecisset, ut ei ca-  
pitale esset. Itaque & Theophra-  
stum & cæteros philosophos vr-  
be fecerunt. Verum à Philone  
ob id diem Sophocli dictum se-  
quenti anno, quo abierat præfe-  
ctura: & Athenienses lege abro-  
gata, Sophoclem quinque talen-  
tis multasse, & ut philosophis re-  
dite, & scholas regere liceret, de-  
creuisse.

creuisse. Erat enim disciplinæ insignis authoritas inter eos, legesque de scholis latæ, quæ & eruditionem & mores temperarent, obseruata.

8 Et refert *Æschines*<sup>\* *Æschines, oratione contra Timocratem.*</sup> legem Atheniensium, de paedagogorum institutione, vt consuleretur modestiæ, & castitati puerorum, fuisse hanc, Doctores scholam ne aperiant, priusquam sol effulserit: neque eam claudant, antequam occidat: his qui puerilem ætatem superauerint, dum pueri in ludo sunt, ne liceat ingredi, nisi præceptoris aut eius fratris filius, filia' ve vir sit. Quod si quis aduersus illam prohibitionem ingressus fuerit, morte puniatur. Gymnasiarchæ quoque ex iis quæquam qui maiores nati sunt, aliquo pacto pueris commixtum in sedendo ne permittant: quod si

L 5      permi

*a authent. habita, ne filius pro patr. C.*

permiserint, & à gymnasio non repulerint, legi ingenuorum gymnasiarcha subditus esto. Et data olim à Cæsaribus in suos discipulos iudicandi potestas professoribus<sup>a</sup>, nempe quod ad doctores, & legum antistites pertinere existimabant, non solum leges docere verbo, sed etiam re ipsa, ut sub eis, rudimenta, & beneuiuendi artem facto addiscerent: quæ potestate pessundata, facile iuuentus, quæ ad discendas leges confluit, ut æquus absque fræno lasciuit, tempus discendo destinatum, & pecunias parentum prodigè expendit, nec lectionibus assiduus fit, cum à præceptore cogi non possit.

9 Vellem huic negotio etiam principes & procures, ut prospicerent, & hanc quoque dignitatem iurisdictionis edicto academiciis

demis firmarent, & earum pro-  
 fessoribus in scholasticos negli-  
 gentes, & otiosos, censuram per-  
 mitterent, ipsosq; ad ferendam  
 legem cogerent: dato illis nego-  
 tio, primum, ne quenquam intra  
 scholas admitterent, quin prius  
 ille, qui admitti desideraret, no-  
 men, agnomen, patriam, ciuita-  
 tem, patrisq; nomen aut proxi-  
 mi alicuius, penes amanuensem  
 academix edidissent, vel penes  
 aliquem censorem, vt sanxerunt  
 olim Valés, Valentinianus & Gra-  
 tianus<sup>a</sup>. Idq; ne erronei qui-  
 dam, qui irrepunt scholastici no-  
 mine cœtibus scholasticorū, scho-  
 lasticos suo malo exemplo ab of-  
 ficio reuocarent: tum etiam, vt  
 doctorum monitis scholastici es-  
 sent contumaces, & parum assi-  
 dui, liceret illis parentes & pro-  
 ximos monere, dehinc à cœtu  
 schola

*a in l. i. de stu-  
 diis liberalibus  
 vrbis Romae lib.  
 14. Cod. Theodo-  
 siani, tit. 9. vbi  
 politia describi-  
 tur circa schola-  
 sticos qua esset  
 venianda.*



scholasticorum abstentos declarare. Sic enim opinor eximium lucrum, qui liberos habent, inde demeterent:& è Republica esset, quę optimos haberet magistrat<sup>9</sup>, ex optimis discipulis, nec fraus fieret, vt fit, legi Gallicę seu concordatorum. Nam plures quidem quinquennium, & septennium, & decennium terunt in academiis: & ita iurant nobis, dum nominationum petūt diplomata. Verum ex illo toto tempore, vix annus studiis impensus est. Et ita & sibi, & nobis, & Reipublicę imponūt, quędam ex composito discentes, quibus dum gradum aliquem consequi volunt, fucum nobis faciūt, in aliis academiis, quàm nostris, se studuisse diu professi. Et nos sæpè nimium creduli, nō mouemus camerinam & sæpe ignoratię indulgemus, nec eos omnino rejici-

mus:

mus: vel miserti parentum, quorum isti dissiparunt substantiam, & nihil aut parum profecerunt: vel ne serò tamen resipiscences, in desperationem vitæ transigendæ omnino conijciamus. Sunt & sæpè indocti immeriti, ad gradus promoti summarie & de plano ab academiis, sed quantum malum hoc Reipublicæ adferat, viderint qui faciunt, quæve causam faciendi præbent, & qui huic muneri professoris, nō doctores, sed discipulos & sine conscientia, vel prætio, vel gratia præficiunt. Certè hinc malum omne, quod Respublicas deijcit, pendet: qui enim præficiuntur magistratibus ignari, subuertunt earum statum, potius benè casu, quàm arte & pauca iudicâtes, plura & ferè omnia iniustissimè, similes colossis stola & abola indutis, speciem maiestatis

statis exhibentes foris, intus autem iuuenes mente, & corruptissimi, & sine sciētia. Et hac in parte vellem mei similes hortari, ut vna, in hoc, in quo perniciosè abuti possumus, sedulò prospiceremus, & dignitatem nostram, & gloriam imminui ne permitteremus. Principes omnem sollicitudinem stilius oneris in nos coniecerunt, ut probemus idoneos, incapaces, vel ad scholas remittamus, vel omnino respuamus.

10 Non aliter, inquit Leo  
*a l. nemini, l. 11. de advocat. diversor. indicior. lib. 2. C. sit. 7.* Cæsar<sup>a</sup>, consortio aduocatorum aliquis societur, nisi prius in examine viri clarissimi rectoris provinciar, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus acta conficiat, &c. Iurispēditos etiam eorū doctores & iubemus iuratos sub gestorū testificatione depromere, esse eum, qui posthac subrogari

garivoluerit, peritia iuris instru-  
 etum. Hinc, nempe à nostro te-  
 stimonio & scholis nostris, tot,  
 quot sunt vbique, prodierunt ma-  
 gistratus, & causarū patroni eru-  
 ditissimi, nostris infulis titulisq;  
 doctrinę insigniti: nos quoque an-  
 tecessorum nostrorū fuimus dis-  
 cipuli. Verū & præter ceteros  
 in locum illorum subrogati, for-  
 san non æquē felicibus auspiciis,  
 nihilominus tamen paribus titu-  
 lis honorati, debemus nos illis glo-  
 riam: qui à nobis autem prodie-  
 runt, si nolint eandem rependere  
 nobis, ingenuè tamen fateantur  
 oportet, ingratitude sceleratissi-  
 mæ esse signum, præceptores con-  
 temnere, & postremum locum  
 illis velle assignare, velleq; in tan-  
 to lumine, beneficia & titulos,  
 quibus se effecerunt, à nobis se ac-  
 cepisse dissimulare. Vt nō possim  
 non

non stomachari in huiusmodi homines, qui cum tam magnifice de sua doctrina præsumant, & de dignitate: non possint cogitare, vel si cogitent, nolint profiteri, cuius creaturæ & opera sint. Dicámque, quod Comatas pastor, contra Laconem apud Theocritum<sup>a</sup> causatur,

<sup>a</sup> Theocrit. in  
Eidyllio. 5.

— μέγα δ' ἄχθομαι εἰ τὸ καὶ  
τολμῆς.

ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι πομπλῖπεν:  
ὄντοκ' ἐόντα

παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδουσκον. ἰδ' ἀ-  
χάεις ἐς τὴν πομπῖπεν

δρῖσαι καὶ λυκιδεῖς, δρῖσαι κύ-  
νας ὡς τὴν φάραγγιν. id est,

*Vehementer indignor, quod tu  
me audes*

*Oculis rectis aspicere: quem olim  
cum essas*

*Puer, adhuc ego dæui. En gnæ-  
m' ἰδούσιν, ἡμῶς τοῖς ἀνδράσι.*

*Nutri-*

*Nutri catulos lupinos, nutri canes, ut te deuorent.*

Non fuerunt equidem in tam vilis prætio apud probos antiquos, præceptores: qui cum occasio se obtulit, non tantum eos in honore habuerunt, sed etiam & eorum amicos & charos.

11 Fuit Sardonis, Tharsensis Cæsaris Augusti præceptor, cuius præcibus Cæsar Tharsen ciuitatem vectigalibus liberauit.

*Lucianus, in Macrobiis.*

12. Præceptoris suo, M. Antonius philosophus, imperator, Frōtoni, in senatu statuam petiit, & alium Proculum, in proconsulatum euexit. Is etiam imperator ad domum Apollonij Chalcedonici discendi causa ueniebat, ut est apud Iulium Capitolinum tantumq; honoris suis magistris detulit, ut imagines eorum auleas, in sacro habere, ac sepulchra

*In Iulio Capitolino, in vita M. Antonij Pij philosophi.*

chra eorum, additis hostiis & floribus, semper ornaret.

*a Xyphilinus  
de Dione, in M.  
Antoni philos.*

13 Meminit & Xyphilinus

ex Dione, eundem non puduisse  
vnquam ad doctorem proficisci,  
sed adisse crebrò Sextum Bœo-  
tum philosophum. Octavianus

*b Dion Cassius,  
lib. 48. histor.*

Cæsar, non solùm Sphærum pæ-  
dagogum, & libertum suum, pu-  
blicè sepeliit <sup>b</sup>: verùm & potitus

victoria contra Antoniũ & Cleo-  
patram, Alexandrinis ciuibus om-  
nino ignouit, tum propter alias  
causas, tum propter Arcum Ale-  
xandrinum ciuem, cuius opera

*c Dion Cassius,  
lib. 51. histor.  
Roman.*

in philosophia vsus fuisset <sup>c</sup>. For-  
san tamen hodie discipuli præce-  
ptorum amici non sunt, quia in  
iis audiendis exiguam, vel fere  
nullam dederunt operam, cum ta-  
men ea de causa à parentibus ad  
eos missi essent: & ita pauca, vel  
omnino nulla, ab illis acceperunt.

Quod

Quod suæ culpæ accepto ferre debent, non autem dignitatem præceptorum immuniendam. Nec putare, debent priuatum studium sibi præceptoris vtilius, quod & Rabini monent, אין לימוד האדם מעצמו כלל מולתו שחלמה מעצמו טוב הוא אבל למדו מולתו יתקיים בידו יותר והוא יותר מנאמר. id est, non tantum valet studium hominis priuatum, quantum id quod cum alio habet commune. Seminamus quidem nos, & doctrinam è suggestu purâ, putam, multisq; vigiliis perpurgatâ spargimus: si nihil proficiamus, non nobis, sed terræ imputandû, quæ vel idonea non est, nec benè proficissa, vel omnino sterilis. Nec minus laudandus nitidus fons aquæ, si ab eo quidam haurire nolint. Oportet, certè discere volentes, potius præceptorum & do-



etorum familiares reddere, quàm  
 mulierum, quàm histrionum, ex-  
 conum, & similium: tunc quatum  
 mereantur præceptores, ex vñ &  
 utilitate cognoscet. Quod si qui-  
 dam putent, indignos esse profes-  
 sores, qui honoribus his & privi-  
 legiis donentur: vel sufficiant di-  
 gniores, vel ipsimet munus do-  
 cendi experiantur, si possint: vel  
 saltem docendi munus veneren-  
 tur. Vt populus magistratuū in-  
 quorum purpuram, & fasciolum  
 Cyricæ & segmina. Pericles, cu-  
 ius sapientia præ omnibus suis  
 temporibus fuit celebrata, fami-  
 liaris fuit Anaxagoræ Clazome-  
 niæ, atque eo doctore vñ, eam  
 consecutus est. Et Alcibiades, in-  
 genio quidem ad virtutem mul-  
 to deteriore, qui partim superbe,  
 partim abiecte, partim libidinose  
 vivere instituerat, propter Socra-  
 tia

tis institutionem, multa in sua vi-  
 ta correxit, cætera magnitudine  
 rerum gestarum occultauit. Thi-  
 moleus propter institutionē Iso-  
 cratis, summam gloriam adeptus.  
 Architas Tarētīnam Rempubli-  
 cam præclare administrauit, ex  
 Platonis congressibus, cum antè  
 sperneretur. Mansit cum grati-  
 tudine discipulorum, æterna præ-  
 ceptorum gloria: & laus, quæ co-  
 honestat præceptores, discipulos  
 illustrauit: gratitudóque eorum,  
 quantum profecissent, demon-  
 strauit: non fecus, quàm laudem  
 Atheniensium æternitati conse-  
 crauit statua Beroso aurata lin-  
 gua, in publico gymnasio posita,  
 ob explicatas ab eo Chaldaicas  
 disciplinas. Laudantur Amphi-  
 styones Græciæ, quòd honorem  
 habuerint Apollodoro ob solam  
 grammaticam. Laus æterna, Pro-

*a de his Dem-  
 osthene, in ora-  
 tione amatoria,  
 quam tamē Li-  
 banius alterius  
 esse putat.*

M 3 lemæi

lemæi regis, quòd Cleombrotum  
Ceum ob medicinam, sacris Me-  
galensibus donauit cētum talen-  
tis: vt horum locupletissimus te-

a Plinius, lib.  
7. cap. 37.

stis Plinius<sup>a</sup>. Quantum honoris  
datum fuerit Gorgiæ Leontino,  
eius quæstus ex arte oratoria, &  
statua aurea Delphis posita, te-  
stantur<sup>b</sup>. Quantum dederit Ari-

b Plinius, lib.  
38. cap. 4.

stoteli Alexander, omnes ferè  
sciunt<sup>c</sup>. Et Rabinus Eleazar, fi-  
lius Schamna dicebat<sup>d</sup>, כתי מורא

c vide Crini-  
um, lib. 4. c. 4.  
d in pirke abot,  
scu in capitulis  
patrum, c. 4.

id est, sicut timor  
præceptoris tui, sicut timor Dei.  
Et rursum<sup>e</sup>. הלמה מחברו פרק אחד.

e in pirke abot,  
cap. 6.

או הלכנו אחת או פסוק אחד או דבור  
id est, qui  
discit (etiam) à socio suo, caput  
vnum, vel lectionem vnā vel  
versum vnum, vel tātum literam  
vnā, tenetur illi deferre hono-  
rem. Forsan etiam qui modera-  
tores academiarum non hono-  
rant,

rant, ignorant quid ab illis acceperint, & quid insignia significet, qualiaq; inesse cōcedentibus demonstrent. Quocirca paucis aperiam mysteria insignium, quæ à nobis conferuntur.

14 Incipiam ab albo cui inscribuntur, qui nomen literariæ militiæ dant: vocant matriculam, quòd ab academia, veluti à matre, in munerum alumnorum recipiantur, nomen & cognomen professi, à quo tempore iam donatur, privilegiis scholasticis, quæ cæteris denegantur. Referrem hîc quædam, nisi abundè iam tractasset de illis P. Rebuffus proprio libello, cui titulus de scholasticorum privilegiis, vbi 190, explicat accuratè privilegia.

15 Sequitur Baccalaureatus gradus, quo potestas & facultas cathedrâ ascendendi, & ex inferiori

*Rebus. de privileg. scholastic. privileg. 141. & 142. confirmatio. Ludonich 121. de privileg. schola. & Philippi Pal chri privilegia scholasticorum quadam, in authentic. habita, ne filius pro patre.*

M 4 loco

lōco disputandi cōceditur. Solui-  
mus tunc silentium, quod discipu-  
li dum discunt quadriennio ser-  
uare debent: vnde *λυτοι*, id est, so-  
lūbiles, ab scholis, sed non omni-  
no qui soluantur & dimittantur,  
dicuntur: & quia aliquomodo sol-  
uere quædam iuris isti ænigmata  
possunt, non tamen omnia *λύται*  
quoque, id est, soluētes, dici pos-  
sunt, secundum Iustinianum<sup>a</sup>. In  
quibus statu periculum sui faciunt  
vsque ad quinquenniū, quo tem-  
pore, *προλυτοι*, magis digni, qui  
ab scholasticorum numero mit-  
tantur, & ipsi *προλυται*<sup>b</sup>, soluen-  
tes perfectius: Quod iuris nodos  
legumq; ænigmata soluant, vt ait  
Iuuenalis, qui iam ad calcem quin-  
quennij peruenientes ius euolue-  
runt.

18. Qui perfectiorem disci-  
plinam apud antiquos profitebā-  
tur

<sup>a</sup> Iustinian. in  
proœmio, P. 5.  
sed quia solūti.

<sup>b</sup> Iustinian. in di-  
st. prologo, 5.  
pro reffer: sus an-  
tem.

tur Pythagorei, fouebant silentium, quod ἡσυχίαν dicebant <sup>a</sup>. <sup>a</sup> Lucianus, in Gallo.  
 Vnde ille illis versiculus frequens in ore, ὦ ντοὶ ἀλλὰ σέβετε μέγα ἡσυχίας τὰ δὲ πάντα. Quare & abstinebant à piscibus, tanquam à contubernalibus, quæ silentium illi colant, quia paucas voces, aut nullas edunt. Gellius <sup>b</sup>, dum hanc <sup>b</sup> Gellius, lib. 2. cap. 8.  
 ἡσυχίαν explicat, tradit Pythagoreos non minus biennio tacuisse, & quod ita discentes & tacentes, dicebantur ἀκυσμοί, auditores. Ast ubi didicerant rerum omnium difficillimas tacere audireque, atque iam coeperant silentio erudiri: Tum verba facere, & querere quæq; audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur, expromere potestatem fuisse. Hósque dictos, μαθηματικοί, id est, disciplinis vacantes. Exinde mathematicis exornati, ad perspicienda

M s mundi

mundi opera, & principia naturæ, procedebant, atque hinc denominabantur φυσικοί, id est, naturales: vnde videmus tres apud illos studij fuisse gradus, auditorum silētium, mathematicorum, & physicorū. Et certè optimum illud institutum, primū silere & discere, quàm loqui: Aliter ridiculum<sup>a</sup>. Hincq; tot errores, dum quis antequam nouerit, iudicat.

<sup>a</sup> *cens. qui de mensa, 36. dist.*

17 Eoque pertinet tota philosophia Harpocratis, qui silere tantum docebat, & ideo eius simulachrum, in sacris Iudis & Serapidis, positum erat, digito comprimēs labia: vnde & Harpocrates dictus silens, vt indicat illud Catulli<sup>b</sup>,

<sup>b</sup> *Catullus, epigram. 39.*

*Gellius audierat patrum, & iurare  
solere,  
Si quis delicias diceret, aut fa-  
ceret,*

*Hoc*

*Hoc ne ipsi accideret patri per  
despuit ipsam*

*Vxorem, & patrum reddidit*

*Hypocritam.*

Miserum est, fieri illos magistros,  
qui formam discipulorum non  
nouerunt<sup>a</sup>. Impudens, qui desi-<sup>a</sup> *ca. miserum,  
61. dist. cap. cum  
in magistrum, de  
electio.*  
derat dux esse, qui tyro non fue-  
rit, qui prius velit docere, quàm  
discere<sup>b</sup>. Et qui præter scientiæ<sup>b</sup> *can. si officia,  
39. distinct.*  
meritum, magisterium suscipit,  
inaniter dici, quod non est, con-  
cupiscit<sup>c</sup>. Tempus, inquit eccle-<sup>c</sup> *can. 2. 1. q. 1,  
d Ecclesiastes.*  
siastes<sup>d</sup>, silēdi, tempusq; loquen-<sup>d</sup> *cap. 3.*  
di: sed primū dixit silēdi<sup>e</sup>. Si<sup>e</sup> *quod expli-  
cat, can. qui Ec-  
clesiastici, 5. ec-  
ce, 36. distin.*  
est tibi intellectus, inquit Eccle-  
siasticus<sup>f</sup>, responde proximo: sin-<sup>f</sup> *Ecclesiastici,  
cap. 3.*  
minus autem, sit manus tua, su-  
per os tuum, ne capiaris in verbo  
indisciplinato, & cōfundaris. Et<sup>g</sup> *Ecclesiastici,  
cap. 24. c. fin. de  
magistris.*  
qui multa didicit, enarrabit intel-  
lectum. Et iterum<sup>h</sup>, homo sapiēs<sup>h</sup> *Ecclesiastici,  
cap. 20.*  
tacebit vsque ad tempus: lasciuus  
autem



autem & imprudens, non seruabit tempus.

18 Licentiati prolytæ fiunt, dum academia videt præludia iâ fœliciter cœpta, & licentiam & facultatem interpretandi pleniorē concedit, habito prius examine doctrinæ: simul illis potestatem faciendo altiorē gradum consequendū, qua designatus doctor, qui licentiatuſ est, dici potest. Et ideo rectè in scholis Cadurcenſibus, & Tholoſanis, oportet antequam quis hunc gradum conſequatur, Baccalaureum ſeu candidatum, certamen literarum & iuris, in quo designari deſiderat, inſtituere: & publicè in gymnaſio ſeu ſcholis publicis, deinceps coram patribus academix, qui ex ſucceſſu certaminis dignitate eacum aliquo titulo vel boni, vel optimi meriti, exornant, disputa

disputare. Quare antequam candidatus exhibeatur collegio academix, ab vno ex illis, quem sibi patronum seu promotorem candidatus elegerit, accipit legum capita quædam, vel iuris Pontificij: de quibus post 24. horas paratus veniat responsurus in conclavi professoribus. Et ea capita præscribit cancellarius, & patronus eiusque pro vallo sint, intra cuius fines disputatio cōtineatur.

19 Induuntur autem certamen intraturi, veste purpurea seu rubea, qua monentur in pugnam veniendum esse: hoc enim signum pugne antiquorum, vt ex verbis Ammiani Marcellini<sup>a</sup> cōstat, quæ hæc sunt, dum loquitur de obsidione Amidæ ciuitatis facta per Persas. Septuaginta, inquit, sagitarij manè, sago puniceæ coloris elato, quod erat subeundæ iudicium.

<sup>a</sup> Ammiani  
Marcel. lib. 19.

cium pugnae, cum ex omni parte circumueniri urbem suis copiis inundantibus animaduertissent, exinanitis proiectisque; ante pedes pharetris, clamoris violatibus, incendio, tela summa peritia dispergebant, &c. Docetur & inde feriam eam fore cōcertationem, & periclitandum de honore, veluti usque ad eadem, & sanguinem. Hoc enim & Tamburlanus Seytarum princeps vsurpauit in obsidionibus urbium: vt enim hostibus appareret mutatio animi militum, triplici tentorio in exercitu vti solebat. Primum albo, secundum purpureo, tertium nigro prolato. Prima enim die, cum in conspectum hostium venisset cum exercitu, tentorium album explicabat, quo significabat, nulla in re, si modo se dederent, iniuriam se aliquam illaturum. Quod si alteram

*P. Crinitus,  
lib. 1. de honest.  
discip. cap. 1.*

*instituta  
et de iure*

teram diem hostis expectasset,  
 tum coloris rubritentorium edu-  
 cebat, quasi ad cædem & sangui-  
 nem. Si ad triduum res protrahe-  
 batur, extremam cunctis occidio-  
 nem prænuntiabat. Et apud La-  
 cedæmonas, in conflictus indutos  
 purpura venire necesse erat, vt  
 colore etiam grauitatem quãdam  
 præferret: & si ad hanc asperge-  
 rentur sanguinis guttæ de vulne-  
 ribus, terribilior existeret hosti-  
 bus, aspectuq; magis sensum pe-  
 netrante & formidabiliore, teste  
 Eliano<sup>a</sup>. Suidas<sup>b</sup> tradit Lace-  
 dæmonas in bellis vlos veste ru-  
 bea: tùm quod is color virilis ef-  
 ferret: tùm quod vestis sanguineus  
 color, ad fluxum sanguinis con-  
 temnendum affuefaceret.

20 Sine manicis hæc vestis  
 est purpurea, candidatis concessa:  
 tùm vt certadi libera sit potestas,  
 vel

<sup>a</sup> *Adia. lib. 6.  
de varia histor.*  
cap. 5.

<sup>b</sup> *Suidas, ibi,  
ναυαφαίμακός  
πορνεία.*

vel eam sibi datam intelligant ob-  
pugnam. Et *ἐπὶ τοῖς αἰσέδοις* symbolum  
fit, qua inducebantur milites ad re-  
genda arma, sicut & nunc sagis.  
Patronus eius eodem colore in-  
duitur, utpotè paratus, qui eum  
certantem iuvare possit.

21. Certamine strenuè per-  
acto à candidato, additur epomis  
illi, & ita exornatus iterum exhi-  
betur, ut intelligat illud super  
humeralis signum esse se maxi-  
mam provinciam & onus subire  
de iure respondendi & consulen-  
di: cum onera humeris, ut plerun-  
que, ferantur. *Ἐπomis* alio nomi-  
ne dicta, *ἀγκυρία*, *ὅμη κεραλὴ*,  
*ἀγκυρωλία*, teste Julio Polluce.  
Admissus & commendatus à pa-  
trono rursus, in conspectum pa-  
trum hac epomide, & veste or-  
natus, à cancellario nomine aca-  
demie refertur quàm benè in cer-  
tamine

*2. Indus Pol-  
lux, lib. 2.*

tamine se gesserit, & quo titulo dignus habitus visus est. Eumq; hoc titulo licentiatum creat, vt benè vel optimè meratum, vel alio, quod placuerit, pro more academiarum, qui varius in hoc.

22 Sicut & apud Hebræos Iudæos, magistrorum seu doctorum tituli dignitatis varij: nam vt scribit Elias Thilbi, Rab, tribuitur sapientibus, & doctoribus Babiloniæ: Rabi, sapientibus terræ Israel: Rabban, vel Rabbana, sapientibus domus David: Mar, siue Mor, sapientibus terræ Babiloniæ, qui simul essent exulū principes: Princeps autem ille, dicitur apud eos, resc galutha, æchmalorarcha, patriarcha, vt ait Origenes<sup>a</sup>. *a Origenes, ὁ πρῶτος ἀρχηγός.*  
 Maior illis Rabi quàm Rab, & Rabbana magis quàm Rabi, & Mar magis quàm Rabban. Titulo pronuntiato, & datis priuilegijs;

N

&amp;

& potestate, quæ licentiatis conceditur cum benedictione: licet illis stolam, quam Cornetam vocamus, ferre tanquam renūciatis sacerdotibus. Tales enim dicti, qui iustitiam colunt.

a l. 2. de instit.  
et in P.

23. Sunt aliquæ academix, potissimum in Italia, vbi licentiariorum non est gradus, sed doctorum. Quibus tamen superiora mysteria, nempe ornatus & examen, præludia sunt ad doctorum

b Bart. in l. 2.  
C. de offic. mag.  
offic.

c idem in l. 1.  
de athlet.

d c. cum sit, de  
atlas. et qualis.

e ibi Panorm.  
cap. si forte, et

ibi Geminia, de

elect. in 2.

f l. nemi, C.

de advoc. divers.

indi. l. magistros  
de prof. et med.

lib. 10. C.

rarum, eo ordine quo diximus.

Verum nos prolyris nostris digni-

tatem aliam doctoratus, quando

volverint sine exanime, conferi-

mus, & eius insignia. Ordo est,

ut qui prolyta non est, offeratur,

vel præsentetur à magistro suo<sup>b</sup>,

academix seu cancellario, deinde

trino exanime probeatur: tunc e-

nim de eius peritia constare pote-

rit<sup>d</sup>. Examinant autem doctores

qui

qui iurant cancellario se eum iu-  
 uenisse doctum, sufficientem, pe-  
 ritia iuris instructum<sup>a</sup>. Cancel-  
 larius non examinat, sed senten-  
 tias colligit doctorum, cauereq; ne  
 fraus fiat legi. Glossa antiqua prag-  
 maticæ sanctionis<sup>b</sup>, existimat  
 tres istas examinationes esse: vt  
 prior fiat à doctoribus presenta-  
 tibus<sup>c</sup>, secunda à doctoribus om-  
 nibus sigillatim in priuato exani-  
 me, tertia in publico<sup>d</sup>. Non enim  
 vnica examinatione potest depre-  
 hendi plenè scientia, nec vnico  
 certamine athleta, sed trino co-  
 ronandus erat<sup>e</sup>. Nos in academia  
 Cadurensi, turbabamus, vt Tho-  
 losæ, medium ordinem: siquidem  
 examinatione prima facta à pa-  
 tre, dum laurea prima donatur,  
 & baccalaureatu insignitur, post-  
 eà experimur in publico, quid  
 prestare possit, inter socios bac-

<sup>a</sup> Bart. in pro-  
 amio P. in fine  
 principij.

<sup>b</sup> glo. in §. item  
 vt de cetero, in  
 verbo approba-  
 tus, de collat. in  
 pragma. sanct.

<sup>c</sup> per l. nemini,  
 de aduoc. diuers.

<sup>d</sup> fac. l. magi-  
 stros, iuncta Clo-  
 menti. 2. de ma-  
 gistr. cum ibi not.

<sup>e</sup> Panv. in c. nro  
 potest, de re iud.

<sup>f</sup> l. 1. Et ibi  
 Bart. de arbit.



calauceos, & ſcholasticos interdum peritos, quibus in eum certandi fit pōteſtas. Subinde, ſi inibi benè ſe geſſerit, exhibemus probandum collegio doctorum: vel ſi malè, adhuc non liquere dicimus. Qui enim ſociis ſcholasticis non potuit ſatisfacere, multò minus poſſet veteranis collegis noſtris. Et eſt abusus academia- rum, in publica cōcertatione admittere diſputantes aliis, quàm baccalaureos aut ſcholasticos, quibus iſtius certaminis acies baccalaureis, qui ab Echemythia ſortiti ſunt, deuota eſt: aliusq; maior abusus, quòd ex composito ibi certetur, nam hoc alienum eſt à mente conſtitutionū regiarum<sup>a</sup>, Baſilienſis concilij<sup>b</sup>, & concordatorum<sup>c</sup>, quæ exigunt in gradibus permittendis, rigorem examinis. Et meritò, cum inde, veluti ex proba-

*a. Ludani. 12. in conſtitut. antiq. art. 5. & in no- uis art. 7. 9. 11. b in §. videlicet, de collat. in pragmat. ſanct. c §. præterea v. lumen, de collat. in concord.*

probatis, vniuersa Respublica  
 Christiana, in spiritualibus & se-  
 cularibus sibi viros quærat: ideo  
 & tempus studiis satis sufficiens  
 præscripsit, cum longo tempore  
 discendum sit, vt solidâ veramq;  
 nanciscamur doctrinâ<sup>a</sup>, nemoq;  
 repentè fiat summus<sup>b</sup>. Sic explo-  
 ratis ingeniis candidatorum per  
 hæc certamina, si videatur acade-  
 miæ petentem insignia dignum  
 esse, concedit. Aliquando, si scho-  
 lasticus eam ingenij foelicitatem  
 nactus fuerit, vt nullo modo eius  
 peritia in dubium reuocetur, re-  
 mitti possunt examina<sup>c</sup>: vel cer-  
 tè & melius, pro legibus acade-  
 miæ, cum modica solemnitate<sup>d</sup>,  
 summarie & de plano, infulis ex-  
 ornatur.

24 Sine solemnitate quoque  
 doctores creare potest Papa &  
 Imperator<sup>e</sup>. Verùm obseruamus

N 3 dupli

duplici modo creari ab illis doctorem: aut simplici verbo, ut esto doctor: aut præcedente rigore examinis. Quorum creati cum rigore examinis, præcedunt doctores creatos à collegio, non au-

*a* *hec explicat*  
*Bart. Bologni in*

*ambent. habitatu,*

*ne filius pro pa-*

*tre, num. 21. Im-*

*la, in cap. 1. &*

*ibi glos. de ma-*

*iori. & obedi-*

*glos. in c. solum,*

*& cap. per tuas,*

*cod. glos. fin. in*

*l. restituenda, c.*

*de advoc. divers.*

*induc.*

*b* *arg. cap. per*

*venerabilem qui*

*filij sunt legit.*

tem alij<sup>a</sup>. Hic etiam dignum no-

tantum creare doctorem: sum-

mmum Pontificem, in Pontificio,

etiam alibi, quam in terris, quæ

eius potestati temporali subiiciu-

tur. Nam in his in utroque iure

creare potest<sup>b</sup>. Inter hos, doctor

in iure civili ab Imperatore crea-

tus, præferretur doctori in iure

civili ab academia creato, sed nõ

doctori in utroque iure.

25 Insignia autem doctora-

tus, primum habent pileum, quo

licentiatus investitur doctoraturæ

sicut miles per ensen<sup>c</sup>. Birretum

vocabant antiqui, quasi bis re-

ctum,

*c* *Baldus, in l.*

*athleta, de excu-*

*tor. Bald. in §.*

*in 2. col. quid*

*sit in iussu in 7.*

*filij. fons.*

Etiam, symbolum duorum quæ  
 exiguntur in optimo doctore, quæ  
 sunt mores probi, & doctrina <sup>a latè Lucas de</sup>  
 Ego quadraturam pilei & cri- <sup>Penna, in l. un-</sup>  
 stas, symbolum dare puto, quòd <sup>vileguli, l. ii. de</sup>  
 in quatuor plagas orbis, facultas <sup>novileg. li. ii. Co</sup>  
 docendi & dignitas concedatur  
 à summo Pontifice, & à principe  
 in sua ditione, ministerio acade-  
 miæ: vel quòd à recto deflectere  
 non debeant, mensq; talis & in-  
 flexibilis à bono & æquo esse de-  
 beat. Caput, vt mentis & ratio-  
 nis sedes, exornatur. Sicut sum.  
 Pontifici, imponitur Phrygium <sup>b can. Constan-</sup>  
 Regi, corona <sup>tinus, 96. dist.</sup>: Episcopo, mi- <sup>c can. duo sunt.</sup>  
 thra <sup>d. 12. quest. 1.</sup>. Petafo Archadico, inter- <sup>d cap. inter, 4.</sup>  
 pres habitus deorum Mercurius <sup>tertio in 2. de</sup>  
 & caduceator; ornatus incede- <sup>fide instrum.</sup>  
 bat, vt ait Hesychius. Caucasias,  
 seu specie pilei regij, Persarum  
 monarcha ornabatur.

26. Scribit Ammianus Marcel. <sup>e Amm. Mar-</sup>  
<sup>cellin. lib. 18.</sup>

N 4 tiaram

a Quintil. in  
gladiatore.

tiaram impositam capiti, summum honoris esse insigne apud Assyrios. Erat & apud Romanos, libertatis insigne tegmen capitis, pileus: vt Quintilianus<sup>a</sup> testatur, Terentium à Scipione secundo bello punico vinculis liberatum è numero captiuorum, in signum libertatis recepto pileo. Debet autem caput potius exornari & coronari, quia per mentem eius, non aliter, ad doctrinæ notionem quis promoueri potest. In pileo apex sericeus, vel purpureus doctioribus inseritur. Hic in Theologis, est albus: Pontificij iuris doctoribus, violaceus: iuris ciuilibus doctoribus purpureus: medicinæ, viridis: artiũ, niger additur. In singulis coloribus symbolũ: Albedo omnium colorum est fundamentum, lumine abundans seu nitido splendore. Quamobrem & puritas & præstan

præstantia Theologiæ significatur, omnium aliarum artium, & totius scientiæ verum fundamentum. Viridis color, iuris Pontificij arguit excellentiam. Rubeus porro, potestatem secularem igneam significat, & ad pœnas sanguinis imponendas efficacem: cui accedit purpureus, qui & imperium, & iurisdictionem denotat. Dux sunt potestates, spiritualis & temporalis, quæ rubeo & viridi in iride seu arcu nubium cæli, in signum fœderis à Deo optimo depictæ sunt. Ab apice hirtum & villoso, putarem antiquis pileum, birrum dictum, quod Græcis *βερρον*, hirtum significet & asperum, vel ipsum pileum birrum, quasi forcipum in modum expansarum factum, ita cruciatum, vel cornua habes, in modum falcis. Sic enim apud Hesychium *Ἀσπίς* dicitur.

*Genes. cap. 9.*

N 5 *Aspira*

ἀπὲς πᾶν falx, & πρὸς ἄλυσιν, forceps.

Sed & in apice ipso, fastigium dignitatis agnoscimus. Sicq; de Antonino profuga loquens Ammi-

a Ammi. Marcellinus, lib. 18.

marcellinus<sup>a</sup>, subindicat. Antoninus, inquit, ad regis Persarū hyberna perductus, aeniter suscipitur, & apicis nobilitatus auctoritate: quo honore participantur mensæ regalis, & meritorū, apud Persas ad suadendum, ferendasq; sententias, in concionibus orapanduntur. Et ex apicibus aliud symbolum, quod qui ea dignitate honorantur, tantæ visi sint eruditionis, ut & apices iuris rectè interpretari norint & subtiliter, de quibus illis tantum, non omnibus

b l. si fide, §. quadam, mand. in P.

licet disputare<sup>b</sup>. Cum & in legibus, potissimū divinis, nec vnum iota, nec apex otiose ponantur, quin fieri & excuti debeant<sup>c</sup>. Apices illi, literę sunt, & commata, &

c Matth. 1.

distin

distinctiones, & acutissimæ & subtilissimæ rationes, quæ in legibus miras excitât plerunque quæstiones. Sic & sacri apices, scriptura principis dicta est<sup>a</sup>. Agnoscant itaque ab academiis doctorati, quid illis debeant, nempe, quod regale munus interpretandi iura acceperint, & supremam dignitatem. Non enim corona ornatur solùm, quæ & testimonium erât virtutis & roboris in isthmis, pythis, Nemeis, & olympicis Græciæ certaminibus: non oliua, quemadmodum placuit Areopago bonos ciues coronari duobus oliuæ ramusculis<sup>b</sup>: non etiâ lauro sola, hæc enim primam primî certaminis præmium: sed insigni regis symbolo, oneris imperij & dignitatis participatione, exornantur, cum potestate iura interpretandi, quæ principum alioquin, &

<sup>a</sup> in l. 1. de contrah. indic. C. lib. 1. tit. 34. C. in l. inter claras, § proinde, de summa trinit. l. 1. de annon. civil. lib. 10. C.

<sup>b</sup> Valer. Max. lib. 2. cap. 1. dum agit de Areopago.



a Innocent. in & iudicum est °.

e. cum speciali,  
de appella. Ab-  
bas, in cap. 1. d.  
columna de consuet.

27 Dantur & illis in quibus-  
dam academiis anuli, (non autem  
Tholosæ nec Cadurci) in signum

b Panov. in c.  
ex ore de his qua-  
tiaz, vt tradit Panormitanus b: vel  
fuit a prelat.  
sine consensu cap.

quoque inuestituræ nouellæ scien-  
tiæ, vt tradit Panormitanus b: vel  
in signum matrimonij contracti,

c Panov. in c.  
clerici, in 3. col.  
de vita & ho-  
nest. cler.

cum sciētia °: sed melius arbitror  
dari in signum nobilitatis & or-  
dinis adepti equitū. Ex quo olim

d Plinius, lib.  
11. cap. 1. & 2.

iudices deligebantur, & vnde fie-  
bat ad regendam Rempublicam  
gradus: sic enim apud Plinium d,  
anuli distinxēre alterum ordinem  
à plebe, vt semel coeperant esse  
celebres, sicut tunica ab anulis  
senatum tantum, &c.

e T. Esdræ,  
cap. fin.

28 Cathedræ subinde locus  
doctoribus conceditur, Tribunal  
& suggestum, ex quo iura inter-  
pretentur: deinceps liber, moni-  
ti, ne in cathedra otiosi sint exem-  
plo Esdræ, de quo scriptū °, stetit  
Esdras

Esdras sacerdos & lector legis super ligneum tribunal, &c. Et assumpsit librum coram multitudine, præsidebat enim in gloria, in conspectu omnium.

29 Liber apertus, & postea clausus exhibetur à patrono, qui admonet eos, imitari agros fertiles, qui multò plus adferunt, quàm acceperint. Et sequantur quæ sapiens dicebat<sup>r</sup>, sapientiam<sup>a</sup> *Sapient. 7.* sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo: vt aperiant quibus oportet mysteria iuris, celent autem indignos, memores id è Republica esse, neque mortis metu ab officio deflectendū. Qua in re imitamur antiquos scholarū sanctorum moderatores, à quibus exemplum vnum depromptum oculis subiiciam. Fuit doctor Hannina apud Hebræos seu Indæos,  
 3061 post

post destructionē templi factam  
 a Vespasiano, quem admirādum  
 fuisse dicunt academix rectorem  
 in suo oppido: ad quod cū iudex  
 principis alienius accessisset, ac  
 expetiuiisset interpretari perek  
 (est sectio Talmud) non id per-  
 misit academix rector: vnde ira-  
 tus iudex, iussit eum tota nocte  
 iuxta portas oppidi statui, & die  
 sequente imperavit ministris suis  
 vt euellerent omnes barbæ eius  
 angulos, neque quispiam hospi-  
 tium ei concederet. Quo facto  
 venit docton academix rector  
 ante ædem synagogæ maioris, &  
 lachrymans cūm-oppleuisset co-  
 kizan, (est mēsuræ genus) eamq;  
 ebibisset, dira pestis lues in domū  
 principis exulum aduenit, & vna  
 nocte cunctos extinxit. Vt scri-  
 ptum est, in libro Sepher olam  
 sue in chronica notis Hebræo-  
 rum.

rum. Neque olim mysteria nisi initiatis referabantur.

30. Adijcimus his osculū pacis, & osculantur promotores, seu patroni, aut patres, quos promouent: in signum & testimonium nouæ affinitatis, & amicitiae. Sic enim antiqui, potissimum Persæ, osculo excipere & dimittere solebant amicos, & notos, & proximos. Quemadmodum & apud <sup>Xenoph. in R. Cyropædæ, & in oratione de Agesilai laudibus.</sup> Christianos quoque, fiebat. pri-  
mum salutatio osculo pacis<sup>b</sup>. Os-  
culum, signum vnitatis, & pacis<sup>c</sup>.  
quàm abiturus à discipulis domi-  
nus, pacem eis reliquit. Et diuus  
Paulus discipulos relicturus, sin-  
gulos osculatus est.

31. Postremò loco, vno genu  
procumbentem doctoratum, pro-  
motor testatus iam osculo amici-  
tiam, quam ob virtutem contra-  
xit cum eo, & affinitatem pater-  
nam.

nam spiritualemente gratam habere, ut cum bono omine ad suos remittat, omnia prospera ei precatur, & sigillo præstâtissimo benedictionis, omnem solemnitatem perficit, & actum confirmat, signando cum in nomine patris, filij, & spiritus sancti. Et pacem cum benedictione cõiungit. Qui enim in benefactis fortis est, dignus est, ut ait D. Basilii<sup>us</sup>, qui à Deo benedicatur. Ultima autem benedictionum pax esse videtur, ut animæ bona rationisq; confirmans. Pacificus homo mores animi q; iam stabilivit, ac ab omni penitus perturbatione sedavit: qui verò æstus & pugnam tumultuantium cogitationum, & affectuum patitur, is diuinæ pacis minimè particeps videtur, quam dominus discipulis dedit. Scriptum est, quod benedictionem dabit legislator

*D. Basilii<sup>us</sup>  
in Psal. 118.*

legislator, & ibunt de virtute in  
 virtutem <sup>a</sup>. Et benedictio domi- <sup>a</sup> *Psal. 83.*  
 ni super caput iusti <sup>b</sup>. Quamobrem <sup>b</sup> *Prouerb. 10.*  
 filios hos nostros doctores, exem- <sup>c</sup> *Genes. 17.*  
 plo bonorum patrum <sup>c</sup>, nos quo- <sup>c</sup> *49.*  
 que benedicim<sup>9</sup>: quia benedictio  
 patrum firmat domos filiorum,  
 maledictio autem matris, eradi- <sup>d</sup> *Ecclesiast.*  
 cat fundamenta <sup>d</sup>. Et eos quoque <sup>d</sup> *cap. 3.*  
 benedicendo monemus, vt To- <sup>e</sup> *Tob. 4.*  
 bias filium <sup>e</sup>, vt omni tempore,  
 & ipsi benedicant dominum, &  
 petant ab eo, vt vias eorum diri-  
 gat, & omnia consilia sua in ipsis  
 permaneant. Hæc gloria docto- <sup>f</sup> *l. quibus pro-*  
 rum, & laus, & laborum præmiū, <sup>f</sup> *cipua, de verbor.*  
 postquam omnia, quæ iam dixi- <sup>g</sup> *Bologni. post*  
 mus, consequuti sunt: & præsu- <sup>g</sup> *Bald. in repetit.*  
 mantur docti à probatis probati, <sup>g</sup> *authent. habita,*  
 à laudatis ornati, ob maiorem sta- <sup>h</sup> *ne filium, pro pa.*  
 tum magistri dicti <sup>h</sup>, & illustres <sup>h</sup> *C. numer. 27. &*  
 prælati militibus <sup>i</sup>, in actibus sci- <sup>i</sup> *in sequentib. de*  
 licet iuris, vt in militaribus, miles <sup>i</sup> *aliis.*  
<sup>i</sup> *h Bald. & A-*  
<sup>i</sup> *lexan. in l. cen-*  
<sup>i</sup> *urio, de vulg.*

O

anteri

<sup>a</sup> l. 1. C. de offi- anterior<sup>a</sup>. In dignitateq; dicun-  
<sup>b</sup> Bart. in pro- tur constitui<sup>b</sup>, nobiles<sup>c</sup>: quia  
<sup>c</sup> Alex. confil. ab omnibus ob scientiam<sup>f</sup>. Sunt  
<sup>d</sup> Bald. in d. l. & alia priuilegia, quæ omitto, ne  
<sup>e</sup> l. 1. de obseq. à liber. patro. & paren. prest. & ibi glos.  
<sup>f</sup> Albericus, in l. velui, de inst. & iure.

## De substantia in iure consideranda.

### Cap. 35.

- 1 Substantia quid sit.
- 2 Consideratio substantie duplex.  
*Alia substantie subdiuisio.*  
*ibidem.*
- 3 *Quæ sint substantiaalia cōtractus.*  
*Substantiaalia accusationis. ibid.*  
*Substantia rerum, quæ. ibid.*

Perpen



**PERPENDENDA**  
sunt in definiendo  
æquo & bono, sub-  
stantia & accidentia.

Ita statuunt iurisperiti, primùm  
substantiam cuiusque rei spectan-  
dam esse<sup>a</sup>.

1 Est substantia, quæ per se  
in se non in alio est, in qua acci-  
dentia recipiuntur quæ ei inhæ-  
rent<sup>b</sup>. Accidens, quod potest ad-  
esse & abesse subiectæ substantiæ,  
sine rei, cui hæret, corruptione<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Paul. in d. se-  
quitur, l. 4. §. si  
ex lana, de usu-  
cap. li. 41. P. si. 3

<sup>b</sup> lib. 1. Syntax.  
art. mirab. c. 4.

<sup>c</sup> eod. cap. 4.

2 Considerant iureconsulti  
omnem substantiam: aut vt in-  
creatam & immortalem, qualis  
Deus est: aut vt creatam, eamq;  
vel simplicem, vel incorporalẽ,  
vt angelos, animas: vel corpora-  
les, vt planum in materia iuris  
erit. Eruntq; substantiæ rursus  
naturæ propriæ rerum, definitio-  
nes necessariò rebus, personis,

O 2 nego



negotiis adiectæ, vt talia sint, & dicantur, & sine quibus esse non possunt, vel talia dici: ideo substantia, quandoque pro forma, pro consensu, pro qualitate naturali, & pro aliis, sine quibus res

a Bald. in l. si non potest subsistere<sup>a</sup>.  
ex pratis, C. si certum petas.

3. Vt substantialia contractus emptionis sunt tria, res, præteritum, consensus: sine quibus esse non

b l. hac venditio, §. 1. & l. 2. & l. quod sapè, §. 1. & l. in venditio, de contrah. empt. in P. potest, vel subsistere<sup>b</sup>. Substantialia stipulationis, verborum interrogatio & responsio<sup>c</sup>. Substantialia accusationis, formula

c l. 1. de verb. libelli præscripti<sup>d</sup>. Substantia re-

d l. libellorum, de accusatio. rum, compositio & natura propria, quæ corrupta mutat rem<sup>e</sup>.

e l. cum mixtura, de vsucap. Sic de similibus.  
in P.

De quantitate in iure consideranda.

Cap. 36.

*Acta*

- 1 *Accidentia in iure consideranda à iurisconsultis.*
- 2 *De significatione dictionis, quantum, apud iurisconsultos.*
- 3 *Quantum, pro estimatione & mensuratione valoris eius, quod dignosci non potest.*  
*Quantum, pro quot in numero.*  
*ibidem.*
- 4 *Numerus in iure quomodo consideretur.*



ACCIDENTIA etiam in iure consideranda sunt, vt peristases, ex quibus rectè obseruatis, infinitos iurisconsultus vitabit errores. Et primùm quantitas quæ est, per quam consideramus substantiam, aut reipsa, aut distinctione proportionum, aut per numeros.

- 2 Referunt iuriscōsulti hoc,
- O 3      quan

quátum, non tantùm ad pecunias numeratas, sed etiã ad reliquas res corporales, siue immobiles vel soli, vt prædia: siue mobiles, vt

a Metian. in  
ris cons. in l. qui  
quis mihi hæres  
erit, l. 3. de lega.  
3. lib. 32. P. tit. 1.

b Papini. in l.  
seruitutes, l. 4. §.  
fi. & Caius, in l.  
via, l. 3. de ser-  
uitut. tit. genera.  
lib. 8. P. tit. 1.

c Paulus, in l.  
arbitrio, l. 19. de  
dolo. lib. 4. P. tit.  
3. Vlpia. in l. in-  
ter hæc verba, l.  
179. & Paul. in  
l. hæc verba 193.

d Paul. l. 1. de  
contrahen. empt.  
in P. lib. 8 tit. 1.

e vt in §. 1. vt  
determin. fit nu-  
merus cleric. col.  
a. tit. ... ibi, quan-  
tos presbyteros.

mancipia, vestes, & reliqua id ge-  
nus<sup>a</sup>. Vnde constat, & cōtinuam,  
& discretam quantitatem, verbo  
quantum, à iuris antistitibus re-  
cipi. Et modum diuidendi, ser-  
uitutum per se alioquin indiui-  
duarum, admittere, per tempo-  
ris quantitatem: veluti vt quis cer-  
tis diebus aut horis, alius aliis vti  
possit<sup>b</sup>.

3 Dicimus & quantum, æsti-  
mationem vel mensurationem  
factam valoris, eius quod aliter  
dignosci nequit, quàm habeat cer-  
titudinem: quæ fit quandoque of-  
ficio iudicis, aliquando iuramen-  
to eius qui petit<sup>c</sup>, aliquando ex  
partium conuentione<sup>d</sup>. Dicimus  
& quantum, pro quot in numero<sup>e</sup>:

vt

vt apud Iob, Responde mihi quantas, id est, quot habeam iniquitates<sup>a</sup>. Et apud Dauidem, quanta<sup>a</sup> *Iob, cap. 136*  
 mandauit patribus nostris<sup>b</sup>, &c.<sup>b</sup> *psal. 77.*  
 Et apud D. Marcum, non audis in quantis te accusant.

4 Numerus itaque in iure, considerabitur sub quantitate: veluti dum dicimus quantitatem rerum furatarum discernere furem ab abigeo, quiq; vnum suem surripuit mitius punitur, quam qui gregē, qui vt abigeus plectitur<sup>c</sup>. *c. l. aut facta, l. 16. §. quantitas, de pœnis, in P. lib. 48. P. tit. 39.*  
 Et vulnerū distensio seu extensio, seu profundū, id est, magnitudo, atrocio<sup>d</sup>rem reddunt iniuriam<sup>d</sup>. *d. l. atrocem, l. 1. de iniur. lib. 47. P. tit. 10.*  
 Quantitas, res mobiles maximè certas reddit in iure determinando<sup>e</sup>. Vide singularia illa, quæ in *e. l. stipulationem, & l. sequē. de verb. obligat. in P. l. certum, l. 6. de reb. credit. lib. 22. P. tit. 1.*  
 Syntaxeon, lib. 5. cap. 2. diximus, & axiomata, quæ tibi necessariò sunt addiscenda, vt de quantitate germanam teneas rationem.

## De relatione, seu ad aliquid in iure. Cap. 37.

*Relationem in iure explicando & statuendo, maximè prodesse.*

*Positionem relativi, antecedentis seu relati, in iure necessariam. ibidem.*



**Q**UAE ad relationem pertinent, iam perpulchrè & breuiter, & axiomata etiã tradidimus in libro nostro s. Syntaxeon, cap. 3. Quare pauca hîc subiiciam. Hic locus ad aliquid, maximè conducit in iure statuendo & explicando. Siquidem naturæ rerum, & artium ita connectuntur, vt ab inuicem quodammodo pendeant. Quare in verborum  
intelli

intelligentia eruenda, relatio fa-<sup>a c. intelligen-</sup>  
 cienda ad causas dicendi<sup>a</sup>, & fa-<sup>tia, de verb. sign.</sup>  
 ciendi<sup>b</sup>. Positioq; relatiui & an-<sup>ap. Grego. c. cum</sup>  
 tecedentis seu relati, necessariam<sup>causam, & c. ult.</sup>  
 arguit positionē, vt altero subla-<sup>de praben. l. ne-</sup>  
 to, & alterū tolli necesse sit: quia<sup>pos proculo, de</sup>  
 eiusdem naturæ in relato censē-<sup>reg. iur.</sup>  
 tur<sup>c</sup>. In factis facta referuntur,<sup>b can. occidit,</sup>  
 vt plerunque, ad gentium inten-<sup>23. q. si. l. verum,</sup>  
 tionem<sup>d</sup>.<sup>de furt. l. si vno</sup>  
<sup>anno, locat.</sup>  
<sup>c Papini. l. asse-</sup>  
<sup>toto. l. 77. de ha-</sup>  
<sup>red. instit. lib. 28.</sup>  
<sup>P. tit. 5. Martia.</sup>  
<sup>in l. cum seruus,</sup>  
<sup>l. 18. de conditio.</sup>  
<sup>instit. lib. 28. P.</sup>  
<sup>titu. 7.</sup>  
<sup>d l. non omnis</sup>  
<sup>numeratio, de re</sup>  
<sup>bus credit. P. d. l.</sup>  
<sup>verum, de furt.</sup>

## De actione iuris.

### Cap. 38.

- 1 *Actio & operatio, in omnibus  
splendens testimonium.*
- 2 *Actio diuini vel naturalis iu-  
ris, efficacior actione iuris  
positiui.*
- 3 *Actio legis humane, effectum  
sumit ex magistratu.*
- 4 *Formule actionis sunt, quas vo-*

O } canus

*camus petitiones.*

*In interpretandis legibus & verbis, actio legis consideratur. ibidem.*



**A**CTIO & operatio artis boni & æqui, in omnibus eius effectibus tā manifesta est, vt alio testimonio non egeamus. Si quidem ratio in primis, quæ obsterrix partuum mētis est, tam vehementer agit, versatq; sursum deorsumve animæ tenebras, vt lucem vi quadam consiliet, & ex latebris producat, impios sua cogitatione flagellet, & pertinaces viuos excarnificet, donec ad iustum reducat: Vt quamuis rectè non faciant, tamē quæ recta sunt, sciant. Vt vulgari prouerbio olim dictitatum, Athenienses sciunt quæ recta sunt, sed facere nolunt.

Vnde

Vnde sibi cumulum pœnarum in  
dies sibi aggerunt: Quia seruus  
sciens voluntatem domini, & nō  
faciens, vapulabit plagis multis <sup>a Luc. 12. cas.  
penult. 37. dist.</sup>  
Sic enim ratio, vt viuā lex, impe-  
rat, permittit, prohibet <sup>b l. legis vir-  
tus, de legib.</sup>, & in  
contumaces conscientia, pro pœ-  
na addita sceleris, sæuit. Cū e-  
nim à Deo nihil perperam factū  
sit, non oportet hanc diuinā &  
naturalem magistrā, in hominē  
quācumvis impijssimo, esse otio-  
sam. Et vt Claudianus ait <sup>c Claudi. de 4.  
Honorij consu-  
latu.</sup>,

*Nōstros æthereis miscens terre-*

*na Prometheus,*

*Synceram patrimonem furatus*  
*olympo,*

*Continuit claustris, indignan-*  
*temq; reuinxit:*

*Et cū non aliter possent mor-*  
*talia fingi,*

*Adiunxit geminas, illæ cum cor-*  
*pore lapsæ*

*Inter*



*Intereunt, hæc sola manet, bu-  
stosq; superstes*

*Euolat, hanc alta capitis firma-  
uit in arce*

*Mandatricem operum, prospe-  
cturamq; labori.*

*Illas inferius collo, præceptaq;  
summa*

*Passuras domine digna statione  
locavit.*

*Quod si contumaces illæ inferio-  
res partes sint, & respuant ratio-  
nis imperium,*

*Inuigilat animo, scelerisq; patrati  
Supplicium exercent cure, tunc  
plurima versat*

<sup>a</sup> Statius, lib. 3.  
Thebaid.

<sup>b</sup> Iuven. Saty.  
17.

*Pessimus in dubiis augur timor<sup>a</sup>.*

*Et ut ait Iuuenalis<sup>b</sup>,*

*Exemplo quodcunque malo com-  
mittitur, ipsi*

*Displicet auctori: prima est hæc  
ultio, quod se*

*Iudice nemo nocens absolvitur,  
impro*

*improba quamuis*

*Gratia fallacia pretoris vicerit  
urnam. Et postea,*

*—Cur tamen hoc tu*

*Euasisse putes, quos diri conscia  
facti:*

*Mens habet autonitos, & surdo  
verbere cedit*

*Occultum quatiens animo tor-  
tore flagellum?*

*Pœna autem vehemens, aut mul-  
tò senior illis.*

*Quas & cedit ius, grauis inue-  
nit aut Rhadamanthus*

*Nocte dieq; suum gestare in pe-  
ctore testem.*

Sibenè feceris, inquit<sup>a</sup>, Deus, re-<sup>a</sup> *Genes. cap. 4.*  
cipies: sin autem malè, statim in  
foribus tui peccatum aderit. Sunt <sup>b</sup> *l. frater à fra-*  
ex legibus illis naturæ prodita<sup>tre, de conditio-</sup>  
actiones, quæ obligationes effi-<sup>indebit. l. natu-</sup>  
ciunt, etiâ reclamante iure ciuili<sup>rales, l. frui, l.</sup>  
<sup>pupillus, de ver-</sup>  
<sup>b. obligat. cum-</sup>

<sup>2.</sup> Iuris positiui quoque est <sup>similib.</sup>  
actio,

a *§. 1. vt facta actio, sed non ita efficax, ac diui-*  
*mona constitutio.* na vel naturalis: non enim huius  
 post *insinuat. ea-* legestam validæ sunt, neque sta-  
*rum, & c. in aut.* tim, quo latæ sunt, obligant, vel  
*col. 5. c. licet, de* agunt, nisi duobus mēsisbus à tem-  
*constitut. in f. x.* pore insinuationis elapsis <sup>a</sup>, nisi  
*Ioannes Andr.* expresse aliud in constitutione  
*super data, de re* caueatur <sup>b</sup>: quia præcipuè ad fu-  
*gul. iur. in f. x.* tura disponenda negotia ferun-  
 b *fac. c. fin. ne* tur <sup>c</sup>. Num autem obliget à tem-  
*cle. vel mona. &* pore publicationis, vel quando,  
*c. nonit, de ind.* videndi sunt interpretes, qui latè  
 c *l. leges & cō-* hoc & perspicuè exagitant, Feli-  
*stitutiones, C. de* nus <sup>d</sup>, & Alexander de Imola <sup>e</sup>, &  
*leg. c. 2. de consti.* Paulus Castrensis <sup>f</sup>.  
*& cap. si. eod.* 3 Sed, & legis humanæ actio,  
 d *Felinus, in c.* eget administris, vt magistrati-  
*2. num. 7. & se-* bus, qui eam foueant & anima-  
*quent. de consti* donet: per eos enim ius, effectum  
 e *Alexāder ab* accipit <sup>g</sup>. Sic apud magistratum  
*Imola, in l. om* legis actio esse dicitur <sup>h</sup>, per quē,  
*nes populi, d. q.* vel apud quem, lege agere liceat,  
*de instit. & iur.* id est, liceat iure constituto cer-  
 f *Paul. Castr.* tare.  
*in consil. 145.*  
 g *Pompon. in l.*  
*2. §. post originē,*  
*de orig. in. in P.*  
 h *l. 4. de adopt.*  
*in P. l. 1. de offic.*  
*inuid. Alex. sit.*  
*20. lib. 1. P. l. 3. de*  
*offic. procurs. lib.*  
*1. P. sit. 16.*

tare. Sic ex iure ciuili, legis actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones, ne populus, ut vellet institueret, & certas & solemnes esse antiqui voluerunt<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l. 1. §. deinde  
ex his legibus  
de orig. iur.

4 Oportebat namque ex formula actiones, quas vocamus petitiones, concipere, in qua, qui à verbo deficeret, deficiebatur iure. Postea tamen placuit formulas illas tolli, & sufficere re, prout est, iudici exponere<sup>b</sup>. Nec actionis edere nomē necesse est<sup>c</sup>, cum de actionibus, id est, petitionibus forensibus<sup>d</sup> agitur. Sunt enim præter has aliæ legis actiones, id est, petitiones & res, quæ secundum legum præscripta tantum, legitime & recte fieri dicuntur: cum tantum ea fieri posse putemus quæ iuri & bonis moribus conueniant<sup>e</sup>. Dehinc actio legis

<sup>b</sup> l. 1. §. 2. de  
form. & impetrat.  
actio. subla.  
lib. 2. C. tit. 52.  
<sup>c</sup> c. dilecti, de  
indic. ap. Greg.  
<sup>d</sup> §. 1. de actio-

<sup>e</sup> l. filius qui, de  
condit. institut.  
in P.

confi

-consideratur, in interpretandis

a l. si quando, legibus & verbis, vt semper ita  
de legat. 3.

b l. 2. C. com-interpretemur eas, ne perperam  
munia de legat.

positæ sint, & vt aliquid operen-  
l. non dubium, C.

de legib. l. scire  
leges, eod. tit. in

imponi debent b..

P. c. commissæ, §.

porro, de electio.

in sexto.

## De passione in iure.

### Cap. 39.

1 *Actio & passio, relatiua pro-  
xima sibi sunt.*

2 *Subiectum in omni arte consi-  
deratur dupliciter.*



**A**CTIO & passio cū  
relatiua sint proxima,  
vnà semper sunt: nec  
potest quid agi, nisi  
sit, quod patiat: nec pati, nisi sit,  
quod agat. Proinde ex actione  
passio colligetur. Patiuntur porro  
subiecta, quæ multiplicia sunt.

Subie

2 Subiecta considerantur in omni arte, in genere & specie, non in indiuiduo, quid huic vel illi contingat, vt ait Aristoteles <sup>a</sup>. *a Aristot. 1. ad Theodect. c. 2.*  
 Cùm enim ars habeat præcepta generalia ad indiuidua flexibilia, habebit quoque generale, vt proprium quoddam subiectũ, extra quod non extenditur, vt ars propria. Non decet, inquit Plato <sup>b</sup>, *b Plato, dialo- go de Inſto.*  
 vt artem, vtilitatem quærere, nisi ei, cuius ars est: ideo contemplan- dum subiectum, circa quod ver- satur. Vt medici corpus hominis per anatomen diuidunt, conside- randũ: phyfici, elementa: & singu- læ artes id, quod eis subiectũ est, doctrinales persuadentesq; sunt.

De vbi, seu de loco ob- seruando in iure sta- tuendo. Cap. 40.

P

Conue

- 1 *Conuenire debent leges & rationes, locis.*
- 2 *Locus non considerāndus semper purè, sed cum suo accidente. Mutato loco, mutari mentis affectum. ibidem. Obluionis pharmacum, fugam loci esse. ibidem.*
- 3 *In iure legundo & interpretando, loca obseruari par est.*
- 4 *Numerus academiarum, quæ cer. is in locis, certo tempore, & cum certis privilegiis fundate sunt.*



**Q**UOD locus sit, tradit, l. locus, l. 60. & l. fundi, l. 211. de verb. significa. in II. Locus, ut circumstantia negotiorum, dignus est obseruatione, cum ratione loci conueniat leges & rationes variari: vnde & tot diuersæ, imò

imò contrariæ Respublicæ sunt,  
 quarum tamen instituta rationa-  
 bilia sunt & æqua, ratione qua-  
 dam particulari, vt explicauimus  
 iam <sup>a</sup>.

I Conuenire debent leges &  
 rationes locis <sup>b</sup>, considerato loco  
 à quo, per quem, ad quem, & in  
 quo, quid faciendum, dicendum,  
 audiendū: facta collatione tamen  
 rerum, & factorum, dictorum, au-  
 ditorum cum loco. Nam & in lo-  
 co, relatio quædam est & propor-  
 tio ad locatum.

2 Et proinde non locus purè  
 considerandus perpetuò, sed cum  
 suo accidente, num sacer, profa-  
 nus, publicus, priuatus, ciuitatis,  
 villæ, itineris, fundi, &c. Aman-  
 tur loca ratione rerum, & non  
 res ratione locorum <sup>c</sup>: nisi & in  
 locis aliæ res sint, quæ possint  
 alias, & alias res præstantiores

<sup>a</sup> *suprà in intro-  
 cili, & positi-  
 no, & in quest.*

*de quo 13. c. &*

*5. præcepto expli-  
 canda legis. can.*

*erit autem lex,*

*4. dist. plura etiã*

*dicimus in cri-*

*minibus, cap. de*

*loci obseruatione*

*in delictis.*

<sup>b</sup> *can. erit an-*

*tem lex, 4. dist.*

*canone quisque,*

*40. distinet.*

<sup>c</sup> *can. nouit, 12.*

*distin. can. mul-*

*ti, 40. dist.*



reddere. Sicuti propter salubritatem, eligitur locus: ob pestiferam auram, fugitur: ob sanctitatem, sacer, & ob Dei numen<sup>a</sup>. Et plerunque dum mutatur locus, mutatur mentis affectus<sup>b</sup>. Et locus in quo quid admissum est, memoriam facti facile representat: & ideo si malum sit factum, & ille vitandus<sup>c</sup>. Sic & Ovidius oblivionis pharmachum, fugam loci putat<sup>d</sup>:

<sup>a</sup> can. per simoniam, 40. distin.

can. cum gratia,

13. q. 2.

<sup>b</sup> can. vales, 81.

dist. ca. fratrem,

16. distin.

<sup>c</sup> d. can. vales,

& can. mulier,

16. quest. 1.

<sup>d</sup> Ovid. 1. de

remed. amor.

*Tu tantum, quamvis firmis retinere vinculis,*

*I procul: & longas carpere perge vias.*

Exemplis hæc loci observatio generalis, illustrior fiet. Et primum ex eo, quod locus non patitur interdum plenius tempus deliberandi<sup>e</sup>: & ideo excusationem apud nomothetam faciet. Facit & privilegium, veluti cum in acie & loco,

<sup>e</sup> l. 1. de institor. actio.

loco, vbi pugnandum est, miles testamentum condit, exulant inde omnes solemnitates à iure in testamento pagani requisitæ <sup>a</sup> *l. miles, de testam. milit. C.*

Item si rusticus in oppido, vbi copia peritorum abest, condatur: remittitur septem testium numerus <sup>b</sup>. Considerandus quoque locus <sup>b</sup> *l. si. C. de test.*

cum in distinguenda iurisdictione, cum extra territorium ius dicenti impunè non pareatur <sup>c</sup>: & inde <sup>c</sup> *l. fin. in P. de indic.*

territoriū, locus iuridicus dictus, vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod magistratus eius loci intra fines eorum tenendi, hoc est, summouendi, ius habent, ex sententia Pomponij <sup>d</sup>. *d in l. pupillus, l. 139. de verbor. signific. in P.*

3 Sed & in iure legendo & interpretando, loca obseruari par est: cum non liceat vbique, ea interpretari, & nisi in vrbibus regijs, & quæ priuilegio hoc donatæ sint <sup>e</sup>. Cum enim, vt diximus, <sup>e</sup> *In fin. in §. hac autem tria, in proœmio P.*

P 3 munus

a *l. j. C. de leg.* <sup>2</sup> *tari*, non licet omnibus, nisi quibus demandata est cura, iura docere: nec alibi, quàm in loco à rege vel principe huic muneri deputato.

4 Ideo sunt academix in omnibus regnis, certis in locis, certo tempore, & cum certis priuilegiis fundatæ. In Gallia, est Tholosana, Parisiensis, Cadurcensis, Bituricensis, Pictaviensis, Burdegalensis, Aureliacensis, Andegauensis, Valentinenſis, Auignionenſis, erat & olim Lugdunenſis. In Germania, Viennensis, Erdfordienſis, Heidelbergensis, Maguntinenſis, Basiliensis, Ingoſtadienſis, Vvitembergensis, Franckfordienſis, Rostokiana, Pragenſis, Lyſſienſis, Louanienſis, Coloniensis, Friburgensis, Tubingenſis, Martpurgenſis, Regiomontenſis, &c.

In

In Polonia Cazomiriensis, Cra-  
couiensis, &c. In Hispania, Of-  
censis, Conimbricensis, Complu-  
tensis, Salmanticensis, &c. In Ita-  
lia Ticinensis, Bononiensis, Fer-  
rariensis, Perusina, Pisana, Se-  
nensis, &c. In Phœnitia, Berytēsis.  
In Græcia, Constantinopolitana.

---

## De ordine iuris, & dis- positione. Cap. 41.

1. *In omni negotio duo conside-  
randa, materia & controuer-  
sie status.*
2. *Materia iuris generaliter tri-  
plex, rerum, personarum, &  
negotiorum seu actionum.*
3. *Quare auctor preposuerit res  
personis.*
4. *Genera rerum que sint.  
Etiam persone considerande,*  
P 4 *que,*

que, quales, &c. *ibid.*

*In negotiis denique considera-  
ri, num agatur de contracti-  
bus, de delictis, &c. ibid.*

*Quæ in statu causæ sunt, perpen-  
denda. ibidem.*

*Negotia multipliciter conside-  
randa. ibidem.*

5 *Depositum quid sit.*

*Substantia depositi quæ sit. ibid.*

*Iurisdiclio quid sit. ibid.*

6 *Naturalis substantia iurisdic-  
tionis quæ sit.*

*Iudicium damnationis & de-  
portationis, quid & quale sit.*

7 *Melius esse, prævenire in tem-  
pore vel occurrere, quàm præ-  
veniri.*

8 *Ius eo ordine statui potest, quo  
iudices statuunt in privatorum  
controversiis iudicandis, &c.*

Dispo

**D**ISPOTIO & ordo  
iuris scripti, pro mo-  
re & arbitrio eorum,  
qui consarcinarunt,  
iurisconsultorū responsa, & con-  
stitutionum capita variant. Ar-  
guunt plures illorum methodum:  
alij, vt nimium truncatam: alij, vt  
malè cohærentem: alij, aliis de  
causis. Meum autem non est, tan-  
tas inter grauissimos interpretes,  
componere lites: libera est in sin-  
gulis sententia. Et quilibet suis po-  
test hærere rationibus: & aliorum  
de iure tradendo hoc erit iudiciū,  
& num ordo Iustiniani, qui in  
proœmio Pandectarum adijcitur,  
probandus sit. Quid autem ego  
illis contribuam, qui de hac scri-  
psere, re ipsa suis locis compe-  
rient. Cæterum cū in iste pri-  
mo libro, de arte iuris vniuersi,  
in vniuersum & generaliter sit  
P s instit

instituta tractatio, de methodo & ordine iuris æqui boniq; colligendi: quæ maximè mihi conducere videntur, aperiàm. Quæ nõ tantùm ad iudicia decernenda, & ad reddendum cuique, quod suum est: verum tamen & ad optimè faciendam legem, pertinere mihi videntur.

1 Ergo in omni negotio facièndo, inspiciemus primùm materiam, de qua agitur: dehinc statum controuersiz.

2 Pro materia totius iuris generaliter, res sunt, personæ, negotia seu actiones<sup>a</sup>. Hic actionis nomen accipito, non prout Accursius<sup>b</sup>, & alij, pro forensibus tantùm petitionibus: sed pro omni negotio, quod versatur circa personas, vel res.

3 Porro res præponimus personis, ordinem creationis sequuti: primò

<sup>a</sup> l. r. de statu homi. §. si. de in-ve natur.

<sup>b</sup> in d. l. r.

primò enim res omnes creatæ,  
 postremus homo <sup>a</sup>, vt compen- <sup>a</sup> *Genes. cap. 1.*  
 diū totius vniuersi, & princeps <sup>b</sup>: <sup>b</sup> *L. in pecudi-*  
 & sic eo ordine materiæ iuris tra- <sup>c</sup> *de vsur. in P. 5.*  
 ctationem disposuimus. <sup>d</sup> *in pecudum de*  
<sup>e</sup> *usufruct.*

4 In rebus, inspiciemus cu-  
 ius generis sint, an corporales, in-  
 corporales, priuatæ, publicæ, vni-  
 uersitatis, nullius, &c. <sup>c</sup> In perso- <sup>c</sup> *L. de verborum*  
 nis pari modo, quæ & quales sint, <sup>d</sup> *in P. 5. r.*  
 num masculus, fœmina, Ecclesia- <sup>e</sup> *2. 3. cod. apud*  
<sup>f</sup> *Iustinia.*  
 sticus, laicus, vxoratus, cælebs, vi-  
 duus, sui iuris, alienæ potestatis,  
 seruus, liber, & sic de similibus.  
 In negotiis quoque, num agatur  
 de contractibus, de delictis, de  
 vltimis voluntatibus, de iudiciis,  
 & de quo contractu, delicto, testa-  
 mento, iudicio. In statu causæ per-  
 pendimus generaliter & mate-  
 riam ipsam: in rebus, num agatur  
 de dignotione earum, de acqui-  
 rendis, de conseruandis, de amit-  
 tendis,



a. l. fi. de legib.  
in P.

tendis, aut transferendis, quæ etiã aliis subiectis iuris cõuenire possunt<sup>a</sup>. At vltra in negotiis, & num simplicia, aut composita inspice: nam aliquando simplex est quæstio, aliquando plures concurrunt. Et rursus, num legitima sint: forma quoque à iure, vel ratione præscripta, consideranda est cum materia, & quod in cõtrouerfiam venit, tantum seriò prosequendum & eliciendum. Hocq; erit status causæ, circa quem, veluti circa suos cardines, omnis rationationis conclusio debet mōueri & tractari. Ibi & res, & personæ quoque considerandæ. Promo quædam exempla, de contractibus primùm, ex l. bona fides, depositi in Π. Reus capitalis iudicij, deposuit apud te centum, is deportatus est, bona eius publicata sunt: vtrum ne ipsi ea reddenda, an in

an in publicum deferenda sunt? Hæc quæstio duplicem habet negotij materiam, nempe contractuum, quia agitur de deposito: & iudiciorum, quia agitur de condemnato. Duplex item circa res quæstio, de amittendis, seu transferendis, aut conseruandis rebus: item concurrunt, publica & priuata causa. Status causæ ille, num res quam deposuit damnatus & bonis exutus, ei, aut Reipublicæ reddi debeat. In hoc statu causæ, duo probanda eliciuntur: depositum, num restituendū; aliud, num bonorū ademptio eò pertineat, vt depositum etiam veniat.

§ Ergo de primo, considero quid depositum, inuenio custodiæ causa dici positum<sup>a</sup>. Quæro quæ<sup>a</sup> *l. i. deposit.*  
le, inuenio eius substantiam, vt *in P.*  
deponenti restituatur<sup>b</sup>. Accedo<sup>b</sup> *d. l. bona fides, deposit.*  
ad secundam quæstionem, in materia

teria iudiciorum: quæro, quid iurisdictionis. Inuenio potestatem de publico introductam cum necessitate iurisdicendi<sup>a</sup>.

*a* *tratt. in rub. de iurisd. omn. ind. l. fi. §. iudiciandi quoque necessitas, de mun. & honor.*

*b* *l. seruo iniuncto, l. 65. §. cum prator, ad Se. Trebellia.*

*c* *l. qui restitueret, de rei vendicat.*

*d* *l. Statim Florentino, l. 48. §. Cornelio, de iur. fis. in P.*

6 Inuenio eius naturalē substantiā, interesse Reipublicæ sententias sortiri effectum<sup>b</sup>, & cogi etiam manu militari<sup>c</sup> inuitum posse. Deinceps ad hoc iudicium damnationis, deportationis me transfero, quid & quale sit inquirō, inuenio ademptionem bonorum omnium. Iungo nunc duo axiomata, vt ex collatione intelligam quid hīc æquum. Primum est, depositum esse reddendum danti. Secundum, sed iudicia esse exequenda. Et in iudicio hoc priuari bonis damnatum, & in eius locum fiscum succedere<sup>d</sup>. Concludo igitur priuari debere deposito. Igitur & reddenda esse deposita, non illi, sed ei, qui in eius locum

locum successit, fisco. Potes pro  
singulis axiomatibus, alias con-  
iungere rationes: sed sufficit nobis  
tibi primas lineas duxisse. Aliud  
in delictis cape exemplum, qua-  
ritur an puniendus sit qui furem  
nocturnum occiderit: crimen &  
negotium controuersia est, ho-  
micidium. Circumstantia ex per-  
sona, quod occisus fur, alia ex re-  
bus, quia noctu. De homicidio,  
constituo generale esse axioma,  
non licere occidere præcepto, nō  
occides, & lege Cornelia de Sica-  
riis: ibi nulla distinctio furis, vel  
temporis, vnde sine vlla distin-  
ctione dicam homicidium non  
permitti. Verum in noctu & tem-  
pore, sic inuenio distinctum: nisi  
quis testificatus sit furem adesse,  
quem occidit, & si parcere ei sine  
suo periculo non possit: quia du-  
bium est, num noctu fur potius  
ad

*a l. itaque, §.  
lex, ad leg. A-  
quil. P. l. furem  
nocturnum, l. 9.  
ad leg. Corneli-  
de Sicar.*

ad occidendum, quàm furandum  
veniat, & vt iugulent homines  
furgunt de nocte latrones. Et vni-  
cuique se defendere licet <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l. vt vim, de  
iusti. & iur. l. 3.

<sup>b</sup> cum igitur, de  
vi, & vi arma,  
l. 1. vnde vi, C.  
cum simil.

<sup>b</sup> l. 1. quando  
liceat sine indic.  
se vindic. C.

7 Et melius, & inexcusabile  
ducitur, præuenire in tempore  
vel occurrere, quàm præueniri <sup>b</sup>.

Ergo colligam cum distinctione  
duo axiomata. Primum non licet  
occidere: aliud, se defendere &  
vim propulsare licet. Ergo furem,  
nocturnum, quem sine periculo,  
vel præsupposito, vel aperto vita-  
re non possumus, occidere possu-  
mus. In summa, in negotiis ter-  
minandis, si dubia sint, & contra-  
riæ occurrant rationes, separan-  
dæ sunt hoc modo: vt primùm,  
regula generalis fiat: dehinc con-  
traria, si possint conuenire aliqua  
ratione, iungantur. Sin minus, per  
exceptionem, aliqua æquiori ra-  
tione singulari, sustineantur.

Quod

8 Quod si etiam quis statuat de iure eo ordine, quo debent statuere iudices in priuatorum controuerſiis iudicandis, non aberrabit. Hoc modo iudex audit petitionem, exceptiones, replicationes, triplicationes: poſtea apud ſe iudicat, ſed prius ſingula ad probationes reducit: veluti, petit actor ſibi dari à creditore centum quos debet aureos, reus interdum vel negat ſe debere, vel non adhuc tempus ſolutionis ceſſiſſe, vel nō tantum debere, vel ſe ſoluiſſe aſſerit. Hæc omnia exigunt probationes. Ad formam argumenti omnia reducet iudex, hoc modo: Qui debet, ſolvere tenetur eo modo, quo debet. At hic reus dicit ſe non debere, quia ſoluit, quia nondum tempus aduenit, quia nō contraxit, &c. Sed hæc ſunt in controuerſia. Et ſi reus probet,

Q tunc

tunc cōcludit eum absolvendum:  
 si non probet, oportet etiam a-  
 ctorem probare, aliter absolvitur  
 reus<sup>a</sup>. Sed probata petitione, reū  
 damnandum concluditur. At quæ  
 sint, qualēsve debeant esse pro-  
 bationes, artificiales, vel inartifi-  
 ciales, Deo fauente docceberis in  
 tractatione iudiciorum, propriis  
 locis de probationibus.

*a l. si. de rei ven-  
 dicat. C. l. extat,  
 decretum de iur.  
 fisci. l. 2. C. de pro-  
 bat. l. qui accu-  
 sare, C. de edend.*

## De quando seu tempo- re in iure definiundo considerando.

### Cap. 42.

- 1 *Tempus quid sit.*
- 2 *Pro temporum varietate legem  
 aptari debere.*
- 3 *Tempus quid sit, ex sui nominis  
 notatione.*
- 4 *Ius temporales huius et actiones.*  
*Longum*

Longum & paruum, modicum  
& sufficiens, sibi relativa sunt.



ERISTASIS tem-  
poris, ad æquum in-  
ueniendum multum  
iuuat. Tempus men-

fura motus est<sup>a</sup>: nec is, teste D.<sup>a</sup> *Aristoteles.*  
Augustino, sine aliqua mobili mo-<sup>M. Terent. Var-</sup>  
bilitate est<sup>b</sup>. Partes huius, dies, <sup>ro, lib. 5. de ling.</sup>  
noctes, menses, anni<sup>c</sup>, ex solis & <sup>Latin.</sup>  
lunæ decursu, vt latè alibi docui-<sup>b</sup> *Augustin. de*  
mus<sup>d</sup>. <sup>ciuitate Dei,</sup>  
<sup>lib. 11. cap. 6.</sup>  
<sup>c</sup> *Plato, in Ti-*

*Tempus itē, inquit Lucretius<sup>c</sup>,  
per se nō est, sed rebus ab ipsis<sup>d</sup>  
Consequitur sensus, transactum<sup>e</sup>  
quod sit in æuo.*

*Tum quæ res instet, tum porrò  
deinde sequatur.*

*Nec per se quonquam tempus  
sentire fatendum est.*

*Semper autem ideo labitur.*

Vt idem Lucretius<sup>f</sup> dicat,

<sup>f</sup> *Lucret. eod.*  
<sup>lib. 7.</sup>

Q 2

Nec



*Nec mare nec tellus, nec cali lucida templa,*

*Nec mortale genus, nec diuinum corpora sancta*

*Exiguum possent horai sistere tempus.*

Excepto scilicet Deo: nam & is iussit solem stare ad vocem Iosue,

<sup>a</sup> *Iosue, cap. 10.* nec moueri contra Gabaon<sup>a</sup>. Et

<sup>b</sup> *Isaia 38.* reuerti iussit vmbra horologij decem lineas tempore Ezechiae<sup>b</sup>.

2. Ad temporum itaque va-

<sup>c</sup> *§. vt autem lex, de rebus ec-* rietatem legem aptari debere placuit<sup>c</sup>.

*clesi. non alien. in authent.* Temporibus<sup>d</sup> medicina valet, data

<sup>d</sup> *Ouid. 1. de* tempore profunt:

*remed. amor.*

*Et data non apto tempore, vicia nocent.*

*Quin etiam accendas vitia irritesq, vetando,*

*Temporibus si non aggrediare suis.*

<sup>e</sup> *Boetius me-*  
*mor. lib. 1.*

Et vt Boëtius tradit<sup>e</sup>,

*Signat*

*Signat tempora propriis*

*Aptans officiis Deus.*

*Nec quas ipse coërcuit*

*Miseri patitur vices.*

Variant leges tempora, vt docui-  
mus <sup>a</sup>, & secundum mores,

*Nunquam ita quisquā bene sub-* a supra in qua-  
stione de qu, c.  
13. nu. 36. & 37.  
in sexto prae-  
pto legis condem-  
da vel explican-  
da, & lib. 4.  
praeludiorū opū  
mi inriscon. c. 14.  
*ducta ratione ad vitam fuit,*

*Quin res, ætas, vsus semper ali-*  
*quid adportet noui,*

*Aliquid moneat : vt ea que te*  
*scire credas, nescias,*

*Et que tibi putaris prima, in ex-*  
*periundo repudies <sup>b</sup>.*

Ratione habita temporum, leges  
ferendæ <sup>c</sup> : antiquandæ priores,  
aliquando antiquatæ, reuocandæ. b Terentius, in  
Adelph.  
c can. erit an-  
tem lex, 4. dist.

*Nunc hic dies, aliam vitam ad-*  
*fert, alios mores postulat,*

*Vt apud Terentium dicebat Si-*  
*mo <sup>d</sup>.*

3 Quod si vti fas sit notatio-  
ne nominis temporis, quod motu

Q 3 tempe

d Terentius in  
Andria.

a Varro in s.  
de ling. Lat.

temperetur ex Varrone<sup>a</sup>: dicemus quoque, & tempus dictum, quòd alia sub eius motu temperentur, atque quæ bona vel mala sint, in eo, velut in speculo, videamus & detegamus. Quod docet

b Euripides in  
Hippolit. act. 2.

his versibus Euripides<sup>b</sup>,

κακὴς δὲ θνητῶν ἐξέσθην' ὅτα τύχη  
προδίδει κατόπλον ὥς τε παρδέν-  
ρος νέτα,

χρόνος. id est,

*Malos autem homines fortuna  
prodidit,*

*Quoties apponit tempus, seu vir-  
go iuuenula speculum.*

Atque, ἥδus βάσανος ἐστὶν ἀνθρώ-  
ποις χρόνος. id est,

*Tempus mores probat mortaliū.*

Et ut Iustinianus ait, omnia re-

c s. i. de ressit.  
Et ea quæ par.  
in 11. mans.

uelat<sup>c</sup>. Omnia tempus habent,  
& suis spatiis vniuersa transeunt

d Ecclesiastes,  
cap. 3.

sub cælo<sup>d</sup>. Et cuncta fecit Deus  
bona in tempore suo. Et rursum,

in

In Ecclesiastico <sup>a</sup>, fili conserua <sup>a</sup> in Ecclesi.  
tempus, & deuita à malo. <sup>cap. 4.</sup>

4. Sunt in iure temporales a-  
ctiones suis temporibus viuentes <sup>b</sup> *tit. de perpe-*  
& expirantes <sup>b</sup>. Et sæpè tempus, <sup>tu. & temp. act.</sup>  
vt & locus, non patitur, vt matu- <sup>l. sicut, de pra-</sup>  
rius quis possit deliberare <sup>c</sup>. Ne- <sup>scrip. 30. vel 40.</sup>  
que ferè vlla iuris pars est, in qua <sup>ann. cum simil.</sup>  
non egeamus temporis alicuius <sup>c</sup> *l. 1. de exer-*  
mensura & consideratione, vt a- <sup>cit. act.</sup>  
libi docuimus fusissimè <sup>d</sup>.

5. Diuerso autem modo, pro <sup>d</sup> *docuimus, lib.*  
subiecti diuersitate, cōsideramus <sup>e</sup> *prælu di. opti-*  
& longum, & modicum, & suffi- <sup>mi iuriconsf. per</sup>  
ciens: neque potest de eo certa da- <sup>14. can.</sup>  
ri in vniuersum regula, quam in-  
spiciendam esse rei subiectæ in  
eo rationem, cū relationē lon- <sup>e</sup> *Bart. in l. 1.*  
gum & paruum, modicum & suf- <sup>f. quod autem,</sup>  
ficiens habere videantur: quam- <sup>de superficie. &</sup>  
uis aliqui <sup>c</sup> quid sit paruum & lon- <sup>in l. 1. & quod au-</sup>  
gum, voluerint determinare cer- <sup>tem de verbor.</sup>  
ta mensura, quæ tamen fallax est. <sup>oblig. Panor. in</sup>  
<sup>cap. plerumque,</sup>  
<sup>de rescript.</sup>

# De dispositione seu habitu, & ornatu eius qui iura tractat in iure tractando.

## Cap. 43.

- 1 *Similitudo ingenij hominis, & agri exculti.*
- 2 *Hypotheses, ficta facta sunt: controuersie, vera.*
- 3 *Quae utilitas in exercendis causis forensibus.*
- 4 *Iurisconsultos fuisse sollicitos de habitu, in ornatu & vestitu hominum.*



NON omnis ager, qui vim producendi habet, exerit vires suas: nisi & colatur, & semina suscipiat, eaq; postea exter-  
terno

terno cæli fauore adiutus, foueat,  
 & ad messem seu maturitatem  
 perducatur. Sic ingenium hominis,  
 quod natura ad ratiocinandum  
 habile est, & idoneum: vix ean-  
 dem rationis sementem produ-  
 cere potest, nisi & excolatur, &  
 alia semina suscipiat, quæ nutriat,  
 & doctrina, experientia, & vsu,  
 ad maturitatem perducatur. Omnia  
 enim nisi exerceantur, scalent, &  
 rubiginem admittunt, vel situm  
 contrahunt, & ab splendore, pul-  
 chritudine, & bonitate natiua, ni-  
 si colantur, decidunt. Facit habi-  
 tum frequens alicuius rei pericli-  
 ratio, facit & eadem artem, &  
 cautiorem reddit hominem.

*Per varios vsus artem experien-  
 tia fecit,*

*Exemplo monstrante viam*

*a Manlii,  
 lib. 1.*

Qui sæpè in formandis iuris scri-  
 pti hypothesebus fuerit exercita-  
 tus,

Q

tus, quod maximum dico in iuris interpretatione: & qui nouerit legis, cui adhibet hypothesim, iungere decisionem, certè iam habitum videtur nactus, ad concipiendas, & distinguendas, & resolucendas controuersias sibi propositas. Veluti ab umbratili pugna ad veram perueniens.

2. Cùm hypotheses, ficta facta sint: controuersia, vera. Ius ex

*a l. si ex plagis, §. in clino, ad legem Aquil. in Pandect.*

facto oritur<sup>a</sup>, & ex sæpè emendatis fictis factis, ad legis decisionem, tandem quis securius ad ipsam rem & seriò venit. Experien-

*b in extranag. 1. Ioan. 22. de verbor signific.*

tia, quæ rerum est magistra<sup>b</sup>, & assiduus vsus vni rei addictus, & ingenium & artem sæpè vincit<sup>c</sup>.

*c Cicero, pro Cornel. Balbo.*

Scit benè venator ceruis ubi retia tendat:

Scit benè qua frendens valle moretur aper.

*Aucupibus noti frutices: qui sustinet*

net hamos,

Novit quæ multo pisce natentur  
aque<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Ovid. 2. ~~de~~

Venturam melius presagit nauita<sup>arte.</sup>  
mortem

Vulneribus didicit miles habere  
metum<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Propert. lib.  
3. eleg. 11.

Nemo potest repentè fieri sum-  
mus, sed eger minutis quotidia-  
nis accessionibus, & aliorum au-  
xilio. Et primùm cum cortice, de-  
inde sine ea, natandum est.

3 Reddunt forensium causa-  
rum studia, iure eruditum multò  
consultiorem, si euentus rectè iu-  
dicioſum obſervauerit: quòd in-  
diſcrimen plures rationes venire  
& elidi viderit: qui veteranorum  
& prudentum ſententias perpen-  
derit. Sicut nomothetæ & præ-  
ſtantes fient, qui viderint, col-  
legerint, & memoria tenebunt,  
diuerſarum rerum publicarum mo-  
res,



res, & leges, & quid boni malive in illis acciderit. Facilius enim suam conseruabit, si ea, quæ alias corruerunt, expungat: & quæ alias præstantes reddiderūt, introducat. Facile enim submergitur, qui vadum ignorans, primus transire amnem audet: at qui periclitantem obseruant, facile salui euadunt, si in tempore pedem retrahant. Ita & priusquam statuere quippiam quis aggrediatur, & suorum mores primum, & aliorum cognoscere debet. Sic proculdubio eueniet, vt qui per se sapit, minimo negotio populum regat. Ideoq; sapientissimus Heroū est habitus is, (scilicet Vlysses) qui sæpius aduersam fortunam expertus, multorum vrbes ac mores conspexit<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Diodor. Siculus, in præmio Biblioth.

4 Considerarunt & alio modo iurisconsulti, habitum in ornatu

natu & vestitu hominum, vt docuimus in nuptiis, dum agimus de oneribus matrimonij in secundo onere, extat & rubrica propria in codice Theodosiano, de habitu, quo vti oportet intra urbem <sup>a</sup>. In qua & constitutum, vt senator manè non vratur habitu militari seu chlamyde, & cōsiliis intersit togatus. Quod si non obseruaret præceptū, bonis exutus, ingrediendi senatum nō haberet potestatem <sup>b</sup>. Sunt & ibi alia explicata, quæ iam alibi retulimus.

<sup>a</sup> lib. 14. Theodosian. C. tit. 10.

<sup>b</sup> l. 1. cod. tit.

De qualitate quæ in iure considerata, & circa eius antistites.

### Cap. 44.

*In optimo discipulo bonos mores desiderari.*

*Mercu:*

- 2 *Mercuriales pueri, velocissimi:  
verum cito deficiunt, raroq;  
ad frugem perueniunt.  
Saturnini tardiores, sed tempo-  
re altius radices mittunt. ibid.  
Iouiales studio iurium sunt ap-  
tiores. ibidem.*
- 3 *Exigit author in optimo disci-  
pulo iuris, pietatem & veram  
Dei religionem.*
- 4 *Item vite castitatem, neque se  
superbus, sed humilis.*
- 5 *Ad vite puritatem scholastici  
pertinet, à venereis abstinere.*
- 6 *Nimia mollities ornatus repre-  
henditur in scholastico.*
- 7 *Ludi, potissimum seruales, ma-  
ximè iuuant ad corrumpen-  
dos animos iuuenum schola-  
sticorum.*
- 8 *In victu sobrius desideratur  
scholasticus.*
- 9 *In probo auditore exigitur di-  
ligentia*

*ligētia & assiduum studium.*

*Non somnolentum esse.*

10 *Quinque rationibus author sua-  
det manē potius surgendum,  
quā noctu vigilandum.*

11 *Diligentiam auditoris iuvat  
maximē, locum idoneum quo  
discas eligere, ubi habeat  
præceptores doctos, quos sibi  
obsequiis consiliabit.*

12 *Quare in negotiis qualitas re-  
quisita sit observanda.*



**D**E qualitatibus opti-  
mæ legis, & quæ sint  
observanda in æquo  
bono statuendo, sa-

tis, vt opinor, dictum est<sup>a</sup>. Tra-<sup>a</sup> *in quæstione  
de quo, cap. 13.  
suprà per nonem  
præcepta.*  
ctabo itaque hoc capite, de qua-  
litatibus, quæ in formando inge-  
nio eius, qui boni æquiq; artem  
profiteri velit, exiguntur: quibus  
alia pro ingenij sui dexteritate  
addere

addere qui volet poterit, & expiscari à Ioanne Baptista de Cassialupis <sup>a</sup>, Luca de Penna <sup>b</sup>, & Petro Rebuffo <sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Ioan. Baptist.  
lib. de modo studendi.

<sup>b</sup> Luc. de Penna, in l. vii. de

stud. liberal. vrbis Rom. lib. ii.

C. & in l. i. qui

etate se excus. lib. 10. & l. 3. de

his qui num. liber. se excus.

<sup>c</sup> P. Rebuffus, lib. 2. de scholast. privilegio.

<sup>d</sup> Aristot. lib. 2. de morib. ad Nicoma. c. fin.

I Desidero itaque in primis optimum discipulum, qui ex pluribus cōstat qualitatibus: quarum prior, vt bonis sit imbutus moribus, naturaq; docilis. Non enim omnes ad discendas literas vel artes, potissimum iuris, idonei sunt. Sic Aristoteles me docuit, dum ait <sup>d</sup>, Verba præceptiones vè non in omnibus vires habent, sed opus auditoris animū antea bonis moribus esse cultum, ad rectè gaudendum ac abhorrendum: perinde atque terram, quæ semina sit nutritura. Qui namque viuit cum perturbatione, non audiet ea verba quæ dehortantur, neque intelliget: is verò qui ita dispositus est, quī fieri potest, vt dissuadenti optempe

temperet? omnino autem ipsa perturbatio non verbis, sed vicedit. Mores itaque præcedant aliquo modo virtuti familiares oportet, amantes bonum, atque abhorrentes à turpi. Difficile autem est, vt ab adolescentia rectè quis instituatur ad virtutem, non sub talibus educatus, &c. Si mores & probitas non adsint peritis, certè perniciosior non posset fera Reipublicæ accidere. Quò enim quis versutior aut callidior, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis<sup>a</sup>. Ad doctrinam, vt ait Valaterranus<sup>b</sup>, alius alio docilior est.

<sup>a</sup> Cicer. 2. offic.  
<sup>b</sup> Vol. terran.  
lib. 2. cap. 2.

2 Mercuriales pueri velocissimi sunt, verùm cito desinunt, raroq; ad frugem perueniunt, maximè si cum Mercurio Martem coniunctum habeant. Talis fuit Hermogenes ille Sophista, qui de  
R arte

arte in adolescentia scripsit, senex, in senectute puer, vt ait Philostratus. Saturnini verò tardiores ab initio, sed tempore altius radices mittunt. Quapropter Seneca dicebat, se malle adolescentem tristem, quàm hilarem: talis Caro Censorius. Iouiales, vt Co-

<sup>a</sup> *Eccles, in sua  
physiognomia.*

cles<sup>a</sup> testatur, sunt studio iurium aptiores. Reuereatur & colat auditor suos præceptores, nec ex numero illorū sit, qui miserabiles & infames dicuntur, quòd in patres armantur, & doctorū suorum vitam reprehendūt, vel accusant<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> *can. s. l. erun-  
que, s. fin. 2. 9. 7.  
can. quis dubi-  
tet, 96. dist.*

3. Secundò exigimus, pietatem & veram religionem. Deo adesse, æqui boniq; auditori futuro<sup>c</sup>: ea ratione disponet animā & purificabit à tenebris, quibus ob peccati magnitudinem inuoluuntur hominum mentes, vt videntes non videant, & audientes

<sup>c</sup> *Ioan. de Ga-  
zalupis, in tra-  
ctat. de modo stu-  
dendi, cap. 1. &  
can. 1. & 2. 38.  
distin.*

NON

non intelligent<sup>a</sup>. In primis ergo<sup>a</sup> *Ad. cap. 18.*  
venerare Deum<sup>b</sup>, auditor. Timor<sup>b</sup> *Virgilia. 1.*  
domini ipsa est sapientia: & rece- *Georg.*  
dere à malo, ipsa est intelligen-  
tia<sup>c</sup>. Et inspiratio omnipotentis *Iob, 28.*  
dat intelligentiam<sup>d</sup>. Qui confi- *Iob, 32.*  
dunt in domino, intelligent veri-  
tatem, & fideles in dilectione ac-  
quiescunt illi<sup>e</sup>. Explicat David<sup>f</sup> *Sapient. 3.*  
super omnes docentes me intel- *Psal. 118.*  
lexi, quia testimonia tua, medita-  
tio mea est: super senes intellexi,  
quia mandata tua quæsiui. Opta-  
ui, inquit Salomon, & datus est  
mihi sensus: & inuocaui, & venit  
in me spiritus sapientiæ<sup>g</sup>. Omnis *Sapient. 7.*  
sapientia, timor Dei, & in illa ti-  
mere Deum: & in omni sapientia, *h Ecclesiastici,*  
dispositio legis<sup>h</sup>. Si quis indigeret *cap. 19.*  
sapientia, postulet à domino, qui *Iacob. cap. 1.*  
dat omnibus petentibus<sup>i</sup>: quia est *cano. quam pio,*  
author & Thesaurus scientiæ & *1. q. 2. can. noli*  
sapientiæ<sup>k</sup>. Ita ius ciuile quoque *in 2. & can. ma-*  
*que, 9. dist.*  
*k can. legimus,*  
*37. distinct.*

R 2 statuit,



statuit, primùm animas, deinde

*a* *§. illud verò* linguas fieri debere eruditas <sup>a</sup>;  
*satis, in proœ. P.*

*b* *Sapient. 1.* Quia in maleuolam animam nō  
introibit sapientia, nec habitabit  
in corpore subdito peccatis <sup>b</sup>.

*c* *cano. sedulo,*  
*38. distinct.* 4 Tertiò, exigimus vitæ ca-  
stitatem. Ne auditor sit superbus,  
sed humilis <sup>c</sup>: sic enim se dignum

*d* *1. D. Petri,*  
*cap. fin.* Dei adiutorio faciet, quia Deus  
superbis resistit, humilibus autem  
dat gratiam <sup>d</sup>. Reprehendit Deus

*e* *D. Matthæi,*  
*cap. 23.* eos, qui volunt vocari Rabi, &  
amant primum lignum, id est, pri-  
mas cathedras <sup>e</sup>. Arguuntur scho-

*f* *glos. in l. cum*  
*ca, C. de transf-*  
*actio.* lastici inanis gloriæ cupidi à glos-  
sa quadam <sup>f</sup>: ea autem Neophyti

maximè scioli inflantur, dum à  
gymnasiis & à ferula, in diuinum  
iuris vtriusque templū transeunt,  
attoniti & ebrij rerum dignitate  
& sociorum præstantia, quibus  
quandiu latebras iuris nō ineunt,  
se æquari & similes videri cum  
duobus

duobus aut tribus paragraphis vel legibus volunt: vt nusquam audire liceat, picas istis tyronibus loquaciores. Est enim scientia inflans<sup>a</sup>, nisi cautè tractetur: & qui<sup>a</sup> *1. Corinthior. 11. c. nisi cum prudem, de renun-* nihil scit vel pauca, nihil sibi videtur ignorare. Ideo talis ægrè *ciatio.* discit, quia dedignatur docentes, sibi nimium arrogās: cū tamen docilis debeat esse omnis auditor<sup>b</sup>: id est, ad discendum paratus. Sic Plato<sup>c</sup> Alcibiadem ad discendum hortatur, dum eum nihil scire ostendit: est enim principium scientiæ, cū nescire te scias, & demere de se sciendi opinionem. Vt quoque refert Theodoretus<sup>d</sup>. Et scriptum, ne innitaris prudentiæ tuæ: & ne sis sapiens apud te metipsum<sup>e</sup>. Et alibi<sup>f</sup>, vidisti hominem sibi sapientem videri, magis illo spem habebit insipiēs. Et Esaias, vā qui sapien-

<sup>b</sup> cap. fin. de magistr.

<sup>c</sup> Plato, in Alcibiade.

<sup>d</sup> Theodoret. lib. 1. de curatio.

<sup>e</sup> Græcar. affect. Proverb. c. 3.

<sup>f</sup> c. ne innitaris, de constitut.

<sup>g</sup> Proverbior. cap. 30.

tes estis in oculis vestris, & coram  
*a* *Esaiæ, cap. 5.* vobismetipsis prudentes <sup>a</sup>. Hic  
 morbus etiam ad quosdam do-  
 ctiores serpsit, vt plura sibi per-  
 suadentes scire, ex paucis intu-  
 mescant: re ipsa hoc modo verè  
 professi, quam pauca nouerint.  
 Si quidem quò plus quis rerum  
 causas & rationes scrutatur, eò  
 plus cognoscit & de se iudicat,  
 plura se ignorare: expertus quan-  
 tum in assequendis rebus laboran-  
 dum sit. Adyta enim scientiarum  
 ingressusq; qui incipit serìò rima-  
 ri, tot videt se circumueniri diffi-  
 cultatibus, vt sæpissimè cum non  
 possit se inde expedire, potius ma-  
 lit tacere, quàm perperam loqui.  
 Atque in hoc silentio, penitus ru-  
 des, doctiores imitatur. Qui mul-  
 ta concepit in animo, ægrè loqui-  
 tur: vt plenum liquore vas, non-  
 nisi sensim eum emittit. Et dolia  
 ita

Ita distinguimus vacua, à plenis: quòd illa clarè sonum edunt, ista vel nullum, vel obscurũ. Nesciunt arrogantes, vt inordinatè & ex leuitate loquentes, humiliter, vel accommodè, quæ sciunt, proferre, nec recta quæ sapiunt, rectè distribuere <sup>a</sup>, nec plura discunt, <sup>a can. 2. 46. dist. finet.</sup> vbi eam de se opinionem induerunt: quia quos putant sibi inferiores, audire contemnunt. Cùm tamen probus & doctus vir semper iudicet, nullũ esse hominem, à quo discere nõ possit <sup>b</sup>. Quam- <sup>b can. si habes, 24. q. 3. can. nullus, 38. dist.</sup> uis enim plura aliis sciat, tamen alij & inferiores quædam sciunt, illi omnino incognita. Optimus & grauissimus quisque, inquit Cicerò <sup>c</sup>, confitetur se multa ignorare, & multa sibi etiam atque etiam esse discenda. Vt Solon gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem senem fieri <sup>d</sup>. Et Iu- <sup>d Cicero, in Catone maiore.</sup>

a l. apud Iulianum, de fideicommiss. liberal. in P.

lianus iuriconsultus dicebat, et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc discere vellem<sup>a</sup>. In summa non sunt decepti nisi qui se aliquid esse, cum nihil sint, putant.

§ Ad vitæ puritatem etiam scholastici pertinet, à venereis, & ab iis, quæ ad luxum pertinent, abstinere,

*Nec veneris, nec tu vini capiaris amore.*

*Vnō namque modo vina Venusq;  
nocent.*

*Vt Venus enervat vires, sic copia vini,*

*Et tentat gressus, debilitatq; pedes, &c.*

*Denique cum mentes hominum furiant uterque,*

*Et pudor & probitas, & metus omnis abest<sup>b</sup>.*

b in Epigram. Virgilij.

*Fieri non potest, ut qui impudicè,  
eam*

eam quam non licet amat, seipso  
 potiatur, & studiis intendat ani-  
 mum: cū eius qui amat animus,  
 in alieno corpore contineatur, vt  
 dicebat Cato Censor<sup>a</sup>. Atque <sup>a Plutarch. in  
 vita Catonis  
 Censoris.</sup>  
 cū totum exorbeat hominem  
 Venus, & eius meditatio, impos-  
 sibile est ea implexum aliis ope-  
 ram cōcedere. Quod monet Ho-  
 ratius<sup>b</sup> ad Neobolem scribens, <sup>b Horat. lib. 3.  
 Carmi. Ode 12.</sup>  
 dum ait,

*Tibi qualum Cytheree puer ales,  
 Tibi telas operosæq; Minervæ  
 Studium aufert, Neobole, Li-  
 paræi nitor Hebri,  
 Eques ipso melior Bellerophon-  
 te, &c.*

Apud Hephestionem illud ipsum  
 legitur, prius dictum à Sapho.

γλυκεῖα μᾶτερ, ἔπ' ἀνδράμας κρέ-  
 κειν τὸν ἰσθόν,  
 πῶδ' αὖ δαμνῆσα παῖδες, βραδινὰν  
 δ' ἀφροδίταν. id est,

R 5 Dicis

*Dicis mater, non possum texere  
telam,*

*Amore victa pueri, per acrem  
venerem.*

*Propert. in  
Eleg.*

Et vt rectè Propertius <sup>a</sup>,

*Instat semper amor supra caput, in-  
stat amanti,*

*Et gravis ipse super libera colla  
sedet.*

Corrumperemulierculas ingenia  
hominum, & pecunias eorū ab-  
sumere, docet etiā Alphenus iu-  
risconsultus, & eo nomine cum

*b Alphe. in l.  
penult. de seruo  
corrup. lib. 11. P.  
sit. 3.*

illis agi posse <sup>b</sup>. Scio quibusdam  
hæc non placere, & similes esse  
phreneticis, qui oderint medicū,  
nec ab hoc dulci veneno velint  
resipiscere, donec illos lapidosa  
chiragra cogat. Sed noui quoque  
naturam hanc iuuenibus commu-  
nem, meum tamen me gerere ar-  
bitror munus, vt est iuuenis,

*Cereus in vitium flecti, monito-  
ribus*

*ribas asper,  
 Vtilium tardus prouisor, prodi-  
 gus eris,  
 Sublimis, cupidusq; & amata  
 relinquere pernix<sup>a</sup>.*

*a Horatius de  
 arte poetica.*

Si velis multa eximia videre de  
 luxuriæ malis, & antidoto eius,  
 consule nostrum librum 40. Syn-  
 taxæon artis, cap. 6. & 10. Repre-  
 henduntur scholastici qui eccle-  
 sias & sacrosancta Dei templa eo  
 animo tantum accedunt, vt ibi  
 dominas, quas dicunt, videant <sup>b: b</sup> *glos. in can.*  
 meritò certè, nempe quod basi- <sup>Odi & proiecti,</sup>  
 licas Dei profanant, & ibi virus <sup>24. q. 1.</sup>  
 fugunt, cuius tæbe postea confe-  
 cti, non possunt inde se eripere,  
 & in alios vsus pecunias, & tem-  
 pus, quod ræciosissimū est, quàm  
 destinantur inueniunt. Hincque  
 magna pars iuventutis corrupta,  
 ex ciuium libus in omnes Rei-  
 publicæ partes emanat: scriptum  
 quam



quamuis sciant, auerte oculos, ne videant vanitatem.

*a Cicero, 3. Tusculanor.*

6 Proximi sunt corruptioni, qui molliter se comunt, vt cinædi, molles, & impudici. Neque quicquam, aut nequius, aut turpius est, effœminato viro, teste Cicero<sup>a</sup>. Sic Archilaus philosophus, cùm diuitem mollem, castum tamen & incorruptum, vt dicebatur, vidisset, voce infracta, capillo arte composito, oculis ludibundis illecebræ & voluptatis plenis: nihil interest, inquit, quibus membris cinædi sitis, aut anterioribus, aut posterioribus: eum pro cinædo notans<sup>b</sup>,

*b Gellius, lib. 3. cap. 5.*

*Sint procul à nobis iuuenes, ut femina, compti:*

*Fine coli molles, formæ virilis amat, ait Cuius.*

*a Ouid. 1. de art. amari.*

7 Ad corrigendos maxime iuuenum animos & ludus facit,



modus in potu, cibo, exercitiisq;  
habeatur. Et Horatius<sup>a</sup>,

<sup>a</sup> Horat. de ar-  
te poet.

*Qui studet optatam cursu con-  
tingere metum,*

*Multa tulit, fecitq; puer, sudavit  
& alſu,*

*Abstinuit Venere, & Baccho,  
extimuitq; magistrum.*

Ex pingui & suffarto vtero, crassi  
generantur spiritus, quibus men-  
tis acies obnubilatur<sup>b</sup>. Et plures

<sup>b</sup> can. quando,  
44. dist.

cibi in stomachum temerè conie-  
cti, cruditates generāt, vnde mor-

<sup>c</sup> can. ne tales,  
de consecra. dist.  
<sup>d</sup> can. nihil, eod.

borum nascitur ilias<sup>c</sup>. Atque hæc  
erit in cibo sumendo generalis &  
facilis observatu regula, ita co-  
medendum & tantum, quod suf-  
ficiat: non enim qui plus comedit,  
nimium ideo comedit, si nutri-  
mento copiosiori egeat: neque ita  
abstinendum est, ut functiones  
animæ & corporis impediantur.

Alimenta enim nutriunt spiritus,  
qui

qui cerebrum corroborant, si legitimi: destruunt & offundunt, si mali, & si excedant. Sic excessus & defectus relatione habita ad naturam cuiusque distingui debet. Sicut enim nocet crapula, sic & nimia abstinencia<sup>a</sup>.

9 Quartò, in probo auditore exigimus diligentiam<sup>b</sup>, & assiduū studiū. Reprobatur in auditore, quod vagus, vel erro sit: nec vagus tyro ad militiam recipiendus, dignusq; non est, vt fiat magister<sup>c</sup>: inter vitia animi Vlpianus annumerat, esse errone<sup>d</sup>. Animo vagatur auditor, dū mentem alibi, quàm his, quę dicuntur, intendit: dum auditor abest ab scholis, vel si præsens quidem corpore, tamen absens spiritu numerat regulas domus, vel in aëre ædificat, & ideas persequitur<sup>e</sup>. Oportet autē omnem animi aciem his

*a can. non me a diocriter, de consecrat. dist. 5.*

*b § fin. in pro- amio instituta.*

*l. 1. & ibi glo. de tyronibus, lib. 12. C.*

*d l. adilio in 1. versic. padium, de edil. edict.*

*e e glos. in l. 1. de studiis liberali. vrbis Roma, lib. 1. C.*

his quæ dicuntur intendere. Eiusq;  
reigratia, placuit scholas ab om-  
ni tumultu & inquietudine sepa-  
rari, imò & omnes fabros procul  
ablegari: ne mentes auditorum &

a d.l.1. & ibi  
glos. de stud. li-  
beral. vrbis Ro-  
ma, lib. 11. C. Bar-  
tolus, & alij in  
l. 1. solut. matri-  
monio P.

b l. legatis &  
matricibus, de  
legat. 3.

c glos. in §. itē  
ut de cetero, in  
verbo approba-  
tus, de collat. in  
pragm. sanct.  
d. l. pupillus,  
qua in fraud.  
creditor. in P.

docentium, aliò distrahantur<sup>a</sup>.

Fortior enim virtus est vnita, se-

ip̄sa dispersa. Continuata debent

esse, non interpolata studia, vt in-

cremētum possint accipere, cū

interpolata percant<sup>b</sup>. Ideo semel

exanimatus & approbatus in li-

centia, qua facultas datur, quando

voluerit doctorandi, si magno in-

teruallo interceperit studia, & se

idoneum non ostendat, potest re-

ijci, si velit doctorari<sup>c</sup>. Ad dili-

gentiam pertinet, somnum dis-

cutere: vigilantibus enim, & non

dormientibus iura opem ferunt<sup>d</sup>.

Sic etiam & Reipublicæ consu-

lere volentes, vigilare par est,

ἢ χρὴ παννύχιον εἶδεν βέλ-  
περον

φόνον ἀνδρα<sup>a</sup>. id est, <sup>a</sup> *Homer. Iliad. 1.*

*Non oportet consultorē vel principem dormire totam noctem.*

Et sic apud Homerum, sæpè Agamemnon vigilās & infomnis inducitur, noctuq; cum principibus consultans<sup>b</sup>. Exprobrabant Ro-<sup>b</sup> *Homer. Iliad.*  
mani, alioquin præclarissimo vi-<sup>n.</sup> *et alibi.*  
ro Scipioni, somnolentiam<sup>c</sup>. Iu-<sup>c</sup> *Plutarchus, in Politic.*  
lianus imperator, noctes ad officia diuidebat tripartita, quietis, publicæ rei, & mæsarum: quod & factitasse legimus Alexandrum Magnum. Sed multò, hic fortius Iulianus: nā ille ænea concha supposita brachio extra cubile portento, pilam tenebat argenteam, vt cum neruorum rigorem sopor laxasset, infusus gestaminis lapsi rimitus, somnum abrumperet: Iulianus autem, quoties voluit, euigilauit, & nocte dimidia semper<sup>d</sup> *Ammi. Marcellinus, lib. 10.*  
surgebat, teste Ammiano Marc.<sup>d</sup> *histor. Rom.*

S

Et

a Phornutus  
vel Cornutus,  
libro de uerbi-  
bus tñs τῶν  
θεῶν φύσεως  
καρ. περὶ τῶν  
μεσῶν.

Et Phornutus<sup>a</sup>, καὶ γὰρ τῆς ἐν νυ-  
κτὶ ζητήσεως διείσχετο τὰ κατὰ τὴν  
διδασκαλίαν. Διφρονήν γὰρ οἱ ποιεῖν καὶ δι-  
αλλάττειν τὴν νυκτὶ ἐκάλεισαν, ἢ διὰ τὸ  
διφρονεῖν ἐν αὐτῇ ὥς καὶ ἐπίχαρμος,  
εἴτε τί, φησι, ζητεῖς σφόν, τῆς νυκτὸς  
ἐνδυμητέον, καὶ πάντα τὰ σπουδαῖα  
νυκτὶ μᾶλλον διείσκειν. id est, opus  
etenim est lucubrationibus no-  
cturnis, siquid in disciplinis pro-  
ficere velimus: hinc poëta Euphronim,  
id est, sapientem, noctem nominarunt: quia in ea mul-  
tum sapimus, ut ait Epicharmus,  
siue, inquit, quid docti inquiris,  
fac noctu eius inuestigationi va-  
ces. Omnia præclara noctu, quàm  
die cogitando melius reperiuntur.

b Sibylla, lib. 1. Accedit Sibylla<sup>b</sup>, quæ inuentores  
artium fuisse vigiles tradit,

γρηγόροι ἀλφειστῆρες ἱπποκυμνῆς μετὰ  
τέχοντες

ταύτης, ἥτις φασὶν ἀκρόματτος  
νόον

τόον εἶχον

ἀπληρόν τε δέμας, σιβαροὶ μέ-  
γалоι τ' ἐπὶ εἶδει,

ἥσαν ὁμόοι. id est,

*Vigilantes inuenciores denomi-  
nationis istius participes*

*Euerunt, quod pacatam mentem  
habuerunt.*

*Et corpus inexplebile graues ma-  
gnis, & in visu erant graues.*

Euripides in Iphigenia, inducit  
senem cum rege noctu consultan-  
tem, propter silentium & solitu-  
rudinem, tunc tempore ad consi-  
derandum, & consultandum de  
rebus grauib. idoneo. Et apud

Plutarchum<sup>a</sup>, Lacedæmonis o-  
lim νυκτερινὸς σύλλογος, id est, no-  
<sup>a Plutarchus,  
in Sympotiaris.</sup>

cturnus cōuentus grauissimorum  
virorum solemnus fuisse dicitur.

Fingit quoque Aristophanes, Ly-  
sistratam noctu mulierum con-  
uentum conuocasse Athenis, ut

S 2 delibe



deliberarent de pace componenda cum Lacedæmoniis. Audiamus

*a* *Plato, lib. 7. de legib.* de hac vigilia etiam Platonem :  
 ridiculus fortè legislator habebitur, si multa frequentiaq; & minima quæque de familiari administratione narrauerit, cum in aliis, tum in nocturna vigilia, quam necesse est vt conseruaturi ciuitatem exhibeant. Nam siue lex, siue id officium appellandum sit, quod modo præcepimus, certè omnibus turpe & illiberale videri debet, vt ciuium aliquis per totam dormiat noctem, nec primis excitetur & surgat, ita vt hoc toti familiæ pateat. Quis etiam, vt domina ab ancillis, non ancillæ ab ipsa, primùm excitentur, turpe dicendum apud feruos, ancillas, pueros, & domum denique, si possibile sit, vniuersam. Nocte igitur exurgant, & magistratus aliquid

aliquid publicum: patres verò matresq; familiæ, in domibus propriis rem suam curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit, alicuius prætij est, non magis, quàm si non viueret. Quare quicumque viuere & sapere cupit, maximè, quâ longissimo tempore vigilet, solâ sanitatis commoditate seruata. Dicebat Demosthenes, se dolere, si quando antelucana victus esset industria. Nec discipulus iuris ægrè ferre debet, iura cum istis vigiliis ad discenda, quàm non nisi multis vigiliis illa facta & cōstituta sint<sup>a</sup>. Raphael Fulgosius<sup>b</sup> inuehitur cōtra scholasticos, qui ad scholas mittebant libros per famulos, ipsi autem in lecto iacerent. Id ipsum & Hostiensis<sup>c</sup> reprehendit, meliusq;

<sup>a</sup> §. quorum v-  
tranque viam,  
in proximo in-  
stit. iur. civilis,  
§. i. vt indic. si-  
ne quoq. suffia.  
in authent. l. si  
quando, C. de  
inoffic. testam.

<sup>b</sup> Raphael Ful-  
gosius, in l. qui  
sub pretextu, de  
sacrosanct. eccle.

<sup>c</sup> Hostiensis, in  
cap. i. de offic.  
test. primicerij.

liusq; facturos, si parentes inani-  
bus expensis se nō vexarent. Ioan-  
nes Andreas & Godofredus ar-  
guunt eos, qui præceptores seu  
reperentes quos secum alunt, ad  
scholas mittunt, ipsi autem iacent

a Ioan. Andr. in lecto<sup>a</sup>. Verum cum iam hoc  
 & Godofred. in in confesso sit, noctu vigilandum:  
 cap. 1. de summa quæ pars noctis ad vigilandum  
 vinit. vide Gu- commodior sit, an matutina, an  
 brielmum Bened. vespertina, forsan desideras au-  
 in repetit. c. Re- dire.  
 nuncius, in verb.   
 adiecta impube-   
 ri, num. 19. de   
 testament.

10 Proinde quinque ratio-  
nibus persuasum habe, manè po-  
tius surgendum, quàm noctu vi-  
gilandum, ex Marsilio Ficino<sup>b</sup>.

b Marsil. Fi- Prior, satis levis est, iis qui astro-  
 cinus, lib. de vi- logica non curant, nisi ad plane-  
 ta sana, cap. 7. tarum naturam, quæ iuvat cor-  
 pora, animum intēdas: ea est, tres  
 esse planetas, qui maximè studiis  
 fauent, Solem, Venerem, Mercu-  
 rium, qui noctu ab hemispherio  
 nostro

nostro discedunt longissimè, in duodecimam cæli domum, quæ carcer, versus occidentem. Altera, spiritus sequuntur aëris dispositionem: at manè orientes sole aër tenuatur & defæcatur, noctu in-  
 crassatur. Quare subtiliores erunt manè, quàm sero spiritus. Tertia, quòd dies vigiliis, nox somno deputetur. Quoniam sol, dum ad nostrum hemispherium peruenit, radiis suis meatus corporis aperit, atque à centro ad circumferentias, humores spiritusq; dilatat, quod quidem ad vigilias actionesq; excitat & cōducit: contrà, quando recedit, omnia ar-  
 ctantur, quod naturali quodam ordine inuitat ad somnum, maxime post tertiam aut quartam noctis partem. Vt qui vigilat cùm dormiendū est, & contrà, vniuersum ordinem immutare videat: r.

Quarta, ad sanitatem pertinet: quòd stomachus diuturna, seu diurni aëris actione apertis poris, admodum dilatatur, euolantibusve spiritibus tandem valdè debilitatur: & subeunte nocte, novam spirituum copiã exigit, qua foueatur. Quamobrem quicunque eo tempore contemplationes longas & difficiles inchoat, ipsos spiritus ad caput trahere nititur; hi verò distracti, nec stomacho satis, nec capiti faciunt. Maximè verò nocet, si post cœnam lucubrâtes diu huiusmodi studiis incumbamus attentius: pluribus enim tunc ad concoquendum cibum spiritibus, multoq; calore stomachus indiget, hæc verò duo, studio & lucubratione vertuntur ad caput. Quò fit, ut neque stomacho, neque cerebro suppetât. Adde quintò, quòd caput ob eiusmodi

modi motum, crassioribus cibi  
 oppletur vaporibus: atque cibus,  
 à calore & spiritu destitutus, cru-  
 descit, & putret, vnde rursus ca-  
 put opplet & lædit. Deinde sextò  
 spiritus fatigatione diurna, maxi-  
 mè subtilissimi quique, resoluun-  
 tur: nocte itaque pauci crassiq; su-  
 persunt, studiis ineptissimi. Re-  
 creantur autè somno, & recreati  
 manè, membra corroborata, &  
 illi spiritus, cerebro seruiunt. Po-  
 stremò ex diei operibus, phanta-  
 sia vel imaginatio, qua maximè  
 in studendo egemus, turbata no-  
 cte est: noctis autem somno pa-  
 cata, ad contemplationem se-  
 quentè recreatur. Hinc parœmia,  
 auroram musis esse amicam.

II Diligentiam quoque au-  
 ditoris iuuat, locum idoneum <sup>a</sup> *Geminia. in*  
 quo discat eligere, vbi habeat præ *proœmio sexti.*  
 ceptores doctos, hosq; sibi obse-

S s quiis

quibus conciliet, ut possit eos, quando difficilia occurrent, familiariter conuenire: illi autem & amicè & sine fictione velint, quæ meliora sunt, respondere. De dubiis

enim peritos debet & magistros consulere<sup>a</sup>. Debet legenda præuidere, lecta & audita repetere.

Sic enim lectio placebit<sup>b</sup>, & erit utilis,

*Sumpta parum prodest, quæ mox  
emittitur esca,*

*Bos quibus est pastus, ruminat  
hæc eadem.*

